



286

364

192

214

206

158

142

Estante 44

Shd 3^a

VOL. 8

R.S.
85

SELECTA
IN LIBROS ARISTÓ-
TELIS DE GENERATIONE, ET
corruptionē, subtilioris doctrinæ, quæ in Com-
plutensi Academia versatur, miro quodam
ordine disposita, & in dilucidam quan-
dam methodum redacta.

PER LICENCIATVM FRANCISCVM
Murcia de la Llana, in insigni eiusdem Academie
Collegio Theologorum Collegam.

AD D.D. IOANNEM DE ZVNIGA AVE-
llaneda & Baçan, Comitem de Miranda, Marchionem de
Bañez, Dñm de Valduerna, S.C.M. Senatus, eiusdēq;
grauissimi Regij, meritissimum Pr̄sidem.

*de Talibreia
et Coll. de la
Compt. de My de
Soria*

Anno

1604.



CVM PRIVILEGIO.

Madriti, Apud Ludouicū Sanchez.

LIBRERIA
TETI S.D. 1832 X. 10. 10.
collezione di libri antichi e moderni
benemeriti Accademici e altri, composta da
varie collezioni, e singole opere,
quindi formata in questo modo
per la libreria dell'Accademia Nazionale
di Scienze, Lettere ed Arti di Palermo.
Colligendo le stesse in un solo volume
AD D. STOANENI DA NUNICIA AV
Belli d'Ackermann, Commissario per la Montagna
Baroni G. M. de Valsimont, C. M. Sartorius, ecc.
Giovanni R. Giudiceandrea, ecc.
Anno



CVM LIBRARIIS

Maria Anna Antonia Palma de' Rossi

TASSA.

YO Francisco Martinez escriuano de Camara del Rey,
nuestro señor, y vno de los que en su Consejo residé,
certifico, y doy fe, que por los señores del fue tassado a
tres marauedis y medio cada pliego de vn libro intitula-
do , Selecta super libros Aristotelis de generatione, & corruptione,
sive, De ortu, & interitu, compuesto por el Licenciado Fran-
cisco Murcia de la Llana: y al dicho precio, y no mas man-
daron que se venda: y que se ponga esta fe de tassa al prin-
cipio de cada cuerpo del dicho libro, para que se sepa el
precio del. Y porque dello conste di la presente en la ciu-
dad de Valladolid a seis dias de Octubre de mil y seiscientos
y quattro años.

Francisco Martinez.

Errata primi libri.

Folio. 1. pag. 2. col. 2. lin. 2. cefuta, refutat. 8. 1. 1. 12. accessus, recessus.
13. 2. 2. 2. corruptum, corruptum. 17. 1. 2. 27. dispositiones,
dispositiones. 24. 1. 2. 9. materæ, materiæ. 25. 1. 2. 31. in intanti, in instanti.
36. 1. 2. 24. indendi, intendi. 39. 1. 1. 26. alias gradus, alias gra-
duis. 45. 1. 2. 12. inconuenies, inconueniens. 53. 1. 2. 14. momo, modo.
57. 1. 1. 13. diuersæ rationis, eiusdem rationis. 65. 1. 1. 31. repetitis, re-
petitis. 74. 2. 2. 23. repondetur, respondetur. 77. 2. 2. 23. inæqualita-
te, inæqualitate. 86. 1. 1. 31. diffrentia, differentia. 91. 2. 1. 16. du-
bitantandi, dubitandi. 94. 1. 2. 1. prædominati, prædominari.

Secundi libri.

§. 1. 2. 35. in summa, in sumo. 9. 1. 2. 16. destrudatur, destruatur.

Hoc volumen correspondet suo exemplari, demptis his mendis. Datū in flo-
rentissimo Collegio matris Dei Theologorum Academie Complutensis, die
22. mensis Augusti. 1604.

Lic. Franciscus Mur-
cia de la Llana.

CENSURA DOCTORIS
Petri Sanz de Soria in celeberrima
Pintiæ Academia Primariam Ca-
thedram Medicinæ regentis.

A Quā potui diligentia animiq; vi-
gilantia iussu supremi senatus Regij,
summa que cum voluptate , selecta
Licenciati Francisci Murcia de la Lla-
na,in libros Aristotelis, de generatio-
ne,& corruptione,sive de ortu & interitu perlegi,ac-
curateque perpendi:nihilq; in eis , non Orthodoxæ
fidei congruum, nihil non Philosophorum testimo-
nijs illustratum,vbertate doctrinę secundum, omni
bus,vt aiunt,numeris absolutum,nihil denique,non
authoris sui ingenio,atque eruditione dignū reperi.
Quare si typis mandetur , omnibus vbiique Philosophorum
scholijs ob eximiam eorum utilitatem fructū
vberimum allatura spero.Datum Pintiæ die vndeci-
ma mensis Iulij anno.1604.

*D.Petrus Sanz
de Soria.*

EL REY.

PO R quanto por parte de vos el Licenciado Francisco Murcia de la Llana, nos fue fecha relacion que vos auia des compuesto vnos Comentarios super vni uersam Philosophiam Aristotelis, y nos pedistes y suplicas-
tes, que para que de semejante trabajo se viniese a sacar el fruto q̄ cō el auia des pretendido dar, vos mandassemos dar licēcia para poder imprimir las dichas obras, no auiedó en ellas falta q̄ lo impidiesse, o como la nuestra merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por nuestro mandado se hicieron las diligencias, que la pfemati-
ca matida, poños vltimamente fecha sobre la impressiō de los libros: fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula por la dicha razon, y nos tuuimoslo por biē. Por lo qual os damos licencia y facultad, para que por tiem-
po y espacio de diez años cumplidos, primeros siguientes, que corran y se quenten desde el dia de la fecha desta nues-
tra cedula en adelante, vos, o la persona que para ello vue-
stro poder o quiere, y no otra alguna, podais imprimir el di-
cho libro que de suso se haze mencion. Y por la presente
damos licēcia y facultad a qualquier impressor destos nues-
tros Reynos, qual vos nombraredes, para que durante el
dicho tiempo, le pueda imprimir por el original, que en el
nuestro Consejo se vio, que va rubricado cada plana, y fir-
mado al fin del de Francisco Martinez nuestro escriuano de
Camara, y uno de los que residen en el nuestro Consejo, cō
que antes que se venda, le traigais ante ellos, juntamente cō
el dicho original, para que se vea si la dicha impression està
conforme a el, y traigais se en publica forma, como por co-
rretor por nos nombrado, se vio y corrigio la dicha impres-
siō cō el dicho original. Y mādamos al impressor q̄ ansí im-
primiere el dicho libro, no imprima el principio y primer
pliego, ni entregue mas d'un solo libro al autor, o persona a
guya costase imprimere, para efecto de la dicha correcciō y

tassa, hasta que antes y primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro Consejo, y estandolo, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho libro, y su principio y primer pliego, en el qual inmediatamente se ponga esta nuestra cedula y priuilegio, y la aprouaciō tassa y erratas; y no le podais vender, ni vēdais, vos, ni otra persona alguna, hasta que esté el dicho libro en la forma susodicha, so pena de caer, e incurir en las penas contenidas en la dicha prematica y leyes de nuestros reynos que sobre ello disponen. Y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no le pueda imprimir ni vender, sopena q̄ el q̄ lo vendiere, e imprimiere, aya perdido y pierda qualesquier libros moldes y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo cōtrario hiziere, de la qual dicha pena se al tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra para el que lo denuncia re. Y mandamos a los del nuestro Cōsejo, Presidente, e Oidores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de nuestra casa y corte y chācillerias, y à otras qualesquier justicias de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros Reynos y señorios, a cada uno en su juridicion, así a los q̄ agora son, como los que seran de aqui adelante, q̄ vos guarden y hagan guardar y cumplá esta nuestra cedula y merced, que así vos hazemos, y contra ella no vayan ni passen ni consentan yr ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para nuestra camara. Dada en Valladolid, a treinta y vn dias del mes de Julio de mil y seyscientos y quatro años.

Y O E L R E Y.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Juan de Amezqueta,

DOMINO D. IOANNI DE
ZVNIGA, AVELLANEDA, E T BA-
çan, Comiti de Miranda, Marchioni de Bañez,
Domino de Valduerna, S. C. M. Sena ^{tus},
ciusdemq; grauissimi, Regij meri-
tissimo Præsidi,



VO Infiriori naturares, eo
fortiori indigent adminiculo,
cuiusope dum iacent, erigan-
tur, promoueantur erecta, &
promota in eodem statu serue-
tur in columnes: proceris ulmis
adharet vitis, humili natura arbustum, & quod
per terram serpit, alias suis ulmu maniculis am-
pleteens in magnam erigitur proceritatem, qua
si proprijs viribus assequi vellet, perderet procul
dubio & oleum & operam. Huius instar (quod ve-
luti omnibus numeris absolutum exemplar pro-
positum natura voluit ijs, quibus est viuendum
emendicato, & alieno auxilio pauperies propria
subleuanda) qua si uidetur, non quidem sine so-
licitudine, quem potius eligerem Mecenatē, cu-
ius autoritate, quantuluscunq; sit iste labor, sar-
tus, tectusq; esset ab Aristarchorum iniuria: sed
cum tua, Comes clarissime, singularis menti occu-
rrisset humanitas, in ea, qui diu quasi in triuio
baserat,

haſerat animus, conquieuit omnino, talem te iudicans, qualem opusculum iſtud exigebat. Humile opus, tu & generis nobilitate, & dignitate clarus, incultum ipsum, & rudi elaboratum Minerua. Tu vero humanitate illustris eximia, qui nec auerſeris minima, nec impolita, & perfecta parum, resprias. Parum quippe eſt, ea quae magna ſunt, legere, probare, extollere: magnum, minima & quae aliaſ rueret, è radijs, uti aiunt, Solis euocata, ſubleuare, erigere. Magnum igitur quid preſtiteris, ſi librum hunc, qui ad te, tanquam ad ſacram anchorā accurrit, benigne exceperis, euolucriſ humaniter, & curioſius volutaueris: facient id ceteri libentiū te duce, nec cum medio-cri emolumēto: qua propter & in me, & in omnes ingens contuleris beneficium, in me ad maiora in dies capiſſenda excitans, & inflammans, in reliquias, qui anteit omnes, ea perlegendō ſedulo, ex quibus & utilitatis plurimum, & voluptatis ſoleat hauriri non parum.

Licenciatus Franciscus
Murcia de la Llana.

INDEX OMNIVM DISPV TATIONVM, ET quæstionum, quæ in libris de ge- neratione, & corruptione continentur.

*Disputatio prima de generatione, & corrup-
tione substanciali.*

Quest. I. Vtrum possibilis sit generatio substâlia.
fol. 1. pag. 3.

Quest. II. Vtrum generatio, & corruptio sint actiones realiter diversæ. f. 5. p. 1.

Quest. III. Vtrum generatio unius sit corruptio alterius. f. 8. p. 2.

Quest. IIII. Quid sit generatio, & corruptio, & qualiter inter se comparentur. f. 10. p. 1.

Quest. V. Vtrum in generatione substanciali pereat omnia accidentia, quæ fuerût in corrupto, & an fiat resolutio usque ad materiam primam. f. 14. p. 1.

Quest. VI. Vtrum agès naturale possit producere aliquid ex nihilo, & ita attingere creationem. f. 19. p. 1.

Disp. II. de alteratione, & intensione qualitatū.

Quest. I. Qualiter distinguatur alteratio à genera-
tione, & reliquis motibus. f. 23. p. 2.

Quest. II. Vtrum alteratio sit motus cōtinuus. f. 25. p. 1.

Quest. III. Quid sit intensio qualitatis, & qua ratione distinguatur ab alteratione. f. 28. p. 2.

**

Quest.

INDEX.

- Quæst. III. Vtrum per additionem gradus ad gradum fiat intensio qualitatis. f. 31. p. 1.
Quæst. V. Vtrum gradus qualitatis, qui producitur per intensionem, habeant inter se naturalem subordinationem. f. 37. p. 1.
Quæst. VI. Quæ sit causa alterationis, quæ sit per antiparistasm. f. 39. p. 2.

Disp. III. De augmentatione, & corruptione.

- Quæst. I. Vtrum augmentatio differat à nutritione, & reliquis motibus. f. 42. p. 2.
Quæst. II. Quid, & quotplex sit augmentatio, & diminutio. f. 46. p. 2.
Quæst. III. Vtrum augmentatio, & nutritio sint motus continui, & propriè dicti. f. 49. p. 2.
Quæst. IIII. Vtrum viens maneat idē numero post augmentationem. f. 54. p. 1.
Quæst. V. Vtrum in eo quod augetur, quilibet pars augeatur. f. 56. p. 2.
Quæst. VI. Quæ sit causa augmentationis, & quomodo fiat. f. 57. p. 2.

Disp. IIII. De proportione requisita inter agens, & passum ad agendum.

- Quæst. I. Vtrum agens possit agere in se ipsum. fol. 62. p. 2.
Quæst. II. Vtrum simile possit agere in simile ratione maioris densitatis. f. 64. p. 2.
Quæst. III. Vtrum agens per alterationem omnino possit assimilare sibi passum secundum formam, fol. 68. pag. 2.

Quæst.

INDEX

- Quæst. III. Quæ proportione requiratur inter agens,
& passum in ordine ad spatium. fol. 71. p. 2.
Quæst. V. Quæ proportione requiratur ad agendum in
ter actiuitatem agentis, & resistentiam pulsorum. f. 75. p. 1.
Quæst. VI. Utrum omnis agens in agendo reputa-
tur. fol. 79. pag. 1.
Quæst. VII. Utrum ex via actionis, & reactionis. fol.
83. pag. 2.

Disp. V. & ult. huius libri de mixtione.

- Quæst. I. Utrum Mixtio sit possibilis. fol. 67. p. 1.
Quæst. II. Quid sit mixtio. f. 88. p. 2.
Quæst. III. Utrum clementia maneat formaliter in
mixto. f. 90. p. 2.
Quæst. III. Utrum quodlibet mixtum necessariò
postuleat omnes quatuor primas qualitates elemen-
torum. f. 94. p. 2.
Quæst. VIII. Utrum possit dari mixtum aequaliter ad
pondus. f. 95. p. 2.



INDEX

INDEX DISPUTATIONVM, ET QVÆSTIONUM SECUNDI LIBRI.

Disputatio prima de qualitatibus primis elementorum.

Quest. I. Quot sint qualitates, & utrum illæ sint
formæ elementorum. f. 1. p. 2.

Quæst. II. Quæ sit natura omnium primarum qualitatum. fol. 2. pag. 2.

Disp. II. huius libri de natura elementorum.

Quest. I. Utrum sint quatuor elementa, nec sine plura, nec pauciora. f. 4. p. 2.

Quæst. II. Utrum quodlibet elementum habeat alteram qualitatem in summo, alteram prope summu[m], & quomodo. f. 6. p. 2.

Disp. VI. De transmutatione substantiali elementorum.

Questio I. Utrum quodlibet elementum possit transmutari in quodlibet aliud. f. 9. p. 1.

Quæst. II. Utrum sit facilior transitus inter elemēta symbola, quam inter dissimbola. f. 10. p. 2.

Quæst. VI. Utrum per naturam possit idem numero corruptum redire. f. 11. p. 2.

XCVII FINIS.



LIBER PRIMVS.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE, ET corruptione, seu de or- tu, & interitu.



V A M V I S significatur nomine entis alterabilis, & augmentabilis; nam augmentatio, & alteratio ad formam accidentalem terminantur: neq; enim in his libris agitur de motu locali, seu de ente mobili advbi, hoc enim est subiectum librorum de cœlo, ibi enim agit Aristotele de corporibus huius vniuersi, prout ordinantur ad motum localem, & siuum, quem in vniuerso obricitur, & ita subiectum horum librorum, non est ens mobile ad vbi, sed ens mobile ad formam in communis, prout comprehendit formam terminantem alios motus praeter localem, nam vbi, licet sit forma quædam modalis, adeo est imperfecta, ut illi hoc loco autores degare audeant nomen formæ.

*S. de la Librairie à St. Coll. de l'Or.
Comp. ac. Ms. des a.*

Caput.I.II. § III.

Est tamen animaduertendū, ens mobile ad formam, non tā
tum comprehendere corpora-
simplicia, sed mixta; nam pro-
prietates, & affectiones, quæ
hoc loco ab Aristot. tractantur
de ente mobili ad formā, qualis
est generatio, augmentatio,
& alteratio, ita conueniunt cor-
poribus mixtis, sicut simplici-
bus.

Circa inscriptionē horum li-
brorū notandū est, non idē il-
los inscribi de generatione, &
corruptionē, quia eorum subie-
ctum sit generatio, & corrup-
tio, quin potius, ut diximus, es-
se ens mobile ad formam; tum
etiam, quia etiam in his libris
agit de alteratione, & aug-
mentatione, sed inscribuntur
de generatione, & corruptionē,
quia sunt primæ, & substan-
tiales mutationes, quæ hoc lo-
co demonstrantur de ente mo-
bili ad formam. Hæc autem dis-
putatio de ente mobili ad for-
mam bipartita est ab Aristot.
nā hoc priori, lib. agit de ente
mobili ad formam in commu-
ni; in 2. verò lib. de particulari
ente mobili ad formam, qualia
sunt elemēta, agit enim de trāl
mutatione elementorum. In
huius autem doctrinæ traditio-
ne, more antiquo per disputa-
tiones singulis capitib[us] per
mixtas drocedam.

In primō, & secundō capi
Aristotel. proponit, & refuta
antiquorū sententias, circa quid
ditatem, & essentiam genera-
tionis, & corruptionis, & di-
stinctionem illarum ab altera-
tione: vnde reprehendit illos
Philosophos, qui ut vidimus.
1. lib. Phis. asserebant, omnia es-
se virū, isti enim consequenter,
non possunt admittere, esse ali-
quam generationem, & corrup-
tionem substantialem, si omnia
sint unum ens, sed tantum mu-
tationem accidentalem, perma-
nente tamē eodē ente, sicut idē
ens permanet, quando aliquid
mutatur de nigro in album. De
inde vero in 2. cap. reprehēdit
Democritū afferentem genera-
tionē alicuius corporis fieri cō-
gregatione pluriū in unū: cor-
ruptionem verò segregatione
illorum: nam vel illa, quorū
agregatione, res generatūr, in
diuisibilia sunt, & hoc non, cū
diuisibile, nō possit componi
ex diuisibilibus: vel sunt cor-
pora diuisibilia, & hoc nō, quia
generatio, inquit, potius est mu-
tatio huius, in aliud, quam coa-
dunatio plurium in unū. Qua-
re in 3. cap. propriam de hac re
profert sententiam, & duo a-
git, in prima parte docet genera-
tionem esse simpliciter: ap-
pellat autē generationem sim-
pliciter, generationem substā-

etiam; nam produc^{tio} acci-
dentalis, non est generatio sim-
pliciter; nam, quando homo de-
nigro fit albus, non produci-
tur absolute loquendo homo,
nisi tantum secundum quid, sci-
licet in esse albi. In. 2. parte
duas proponit dubitationes,
casq; dissolu^{it}.

Ad primam partem acceden-
tes, Aristotel. proponit rasio-
nem dubitādi, qua possit vide-
ti impossibilis generatio sim-
pliciter, scilicet, quia si gene-
ratur ens simpliciter, ergo ge-
neratur ex non ente simplici-
ter, sicut quando generatur ens
secundum quid. v.g. album ge-
neratur ex non ente secundum
quid, ex nō albo scilicet: sed nō
ens simpliciter est nihil, ex ni-
hilo nihil fit: ergo videt impossibi-
lis generatio simpliciter.

Et confirmatur hac ratione,
quia, vel illud non ens simplici-
ter, ex quo generatur ens sim-
pliciter, dicit priuationem en-
tis perfecti, quale est substātia,
& hoc non, quia cū omnia alia
fundentur supra substantiam,
vbi non est substātia, nihil
aliorum esse potest, nam vt di-
ixeram cap. de substātia. Corru-
ptis primis substātijs impossibile
est aliquid aliorum remanere: Sc̄
ita fieret ex nihilo: vel dicit
priuationē entis, vniuer saliter
sumpti, & sic erit negatio cu-

iuslibet entis, atq; adē nihil,
& ita fieret ex nihilo. Respon-
det tamen, Aristot. id quod ge-
nerat, neq; fieri ex nihilo, neq;
ex ente simpliciter in actu, sed
ex ente simpliciter in potentia
ad formam, cum qua cōponit
substātiam perfectam. Sed cō-
tra obijcit, Aris. quia substātia,
debet generari ex nō substātia,
vel ergo, hoc quod est nō substātia,
nō est substātia actu; neq;
etia est actu aliquid aliorū præ-
dicamentorū, & ita nihil erit,
atq; adē aliquid generabitur
ex nihilo, vel actu nō est substā-
tia, tamen actu est aliquid alio-
rum prædicamentorum, scili-
cet accidentium, & sic iam da-
bitur accidentis sine substātia,
atq; adē sine subiecto.

In secunda parte capitīs, an-
tequam hanc obiectiōnem dis-
soluat, duo quærīt. Primo, quae
sit causa, quare generationes, &
corruptiones sunt perpetuae; nā
cum ipse (vt vidimus. 8. Phis.)
existimauerit, mundum sempit-
ernum esse, tam à parte ante,
quam à parte post, etiam ponit
generationes, & corruptiones
perpetuas esse, & aeternas. Res-
pondet autem, causam huius es-
se, quia generatio vnius, est
corruptio alterius, & ē contra.

Querit secundo, quare cum
generatio vnius, sit corruptio
alterius, aliquid dicitur simpli-

Caput I. II. & III.

et generari, aliquid vero sim pliciter corrupi. v. g. quando homo corruptitur, cum etiam ibi intercedat generatio cadaveris, quare potius absolute loquendo appellatur corruptio. Similiter quando corruptitur embrio, quare potius absolute loquendo illam appellamus generationem, quam corruptionem, & inter alia, respondeat, causam esse, quia quando id quod generatur perfectius est eo quod corruptitur qualiter homo genitus perfectior est em brione corrupto, tunc inquit a præstantiori denominatur generatio, & non corruptio. Quando vero id quod corruptitur perfectius est, eo quod generatur, tunc etiam a præstantiori, potius dicitur corruptio, quam generatio, ut quando homo corruptitur, & generatur cadaver: semper tamen inquit, tam in generatione quam corruptione, manet materia prima, in qua sit generatio, & ita colligitur solutio ad obiectionem, supra positam, scilicet, quando generatio sit, ex materia prima, quæ actu est substantia imperfecta, ex illa tamen, & forma adueniente sit substantia perfecta.

Tandem dubitat ultimo, an ingenito & corrupto maneat eadem materia, & dicit, esse eamdem secundum rationem

substanti, non tamen manere idem esse: quæ verba non intelligenda sunt, quod non maneat idem esse materię primę, siue loquamur de esse essentię, siue de esse existentię, nam ut, vidi mus. i. lib. Phisi. materia prima habet propriam entitatem, & propriam existentiam ex se, & non à forma: sed sensus est, manere eandem materię, quæ substitut illis formis, non tamen manere idem esse, non quidem ex se materię, quia re vera hoc idem manet, sed idem esse compositi substantialis; nam cum unum corruptatur, & aliud generetur, non permanet idem esse quam existimo esse genuinam illorū verborum explicationē, ut atē legenti patet, quia post quā, Aristot. quæsiuit, an quando unum contrarium generatur ex alio, tantum maneat illa contraria, vel saltem eorum subiectum, scilicet materia prima. Respondet his verbis quod subiicitur idem est, esse autem non idem, id est, materia virtusq; tertij eadem manet, non tamen manet utrumque primum. Et hæc de litera sufficiant.

(?)

Disputatio. I. huius libri de generatione, & corruptione substantiali.

IN his libris disputationes iuxta materiam & distinctio- nem singulorum capitū propo- nam, & cum primū, Aristotor. in tribus, capit, relatis dispu- tet de generatione & corrup- tione, quæ sunt mutationes substanciales, ideo antequam de mutationibus accidentalib- us, vt de augmentatione, al- teratione disputemus, de gene- ratione & corruptione substâ- ntiali est dicendum.

Quest. Prima. V. sit possibilis generatio substantialis.

IN hac re supponendum est imprimis falsam esse ali- quorum sententiam, qui ideo negabant dari generationem simpliciter, siue substancialem siue accidentalem, quia existi- mabant, omnia esse unum ens, neque esse in rebus diuersas formas substanciales, sed ac- cidentales tantum, ostendimus enim primo. Phisicorum dari formas substanciales specie diuersas, quod inter alia, quæ ibi diximus colligitur ex tā diuer-

sis proprietatib⁹, quas ex po- ritur in rebus, quæ diuersitas, cum non possit criti, ex di- uersitate materiæ, cum ea- dem materia sit in rebus, ha- bentibus maximè diuersas pro- prietates, vt in viuenti, & cada- uere, quod ex illo generatur, necessario oriri debet ex diuer- sitate formæ substantialis. Sup- posito ergo, quod corpora na- turalia substantialiter diffe- rent, queritur, an generatio substantialis vnius in aliud sit possibilis.

Est tamen ratio dubitandi, primò, quia si per naturam es- set possibilis generatio substâ- ntialis, etiam esset possibilis cor- ruptio substantialis, quia cum formæ substanciales sint inter se incompossibiles, per gene- rationē vnius, altera debet cor- rumpi; sed natura non inten- dit corruptionem (vt est com- mune axioma Philosophorum) ergo neque potest intendere ge- nationem.

Secundò, quia ad hoc vide- tur habere vim ratio illa, quam Aristote. capit. tertio addu-xit scilicet, quod ens simpliciter debet fieri ex non ente sim- pliciter: sed id quod simpli- citer est, non ens, est nihil, er- go iam agens naturale produ- ceret aliquid ex nihilo: nam quod Aristoteles respondet scilicet fieri

Caput. I. I. § III.

Si et non ex ente simpliciter in actu, sed exente in potentia, scilicet ex materia, non videtur plane fatisfacere, quia materia prima non est aliquid formae, quae generatur, cum habeat entitatem realiter diuersam ab illa; ergo reuera forma quae generatur, ex nihilo sui siet, & ita semper videtur colligi, aliquid fieri ex nihilo.

Tamen receptissima est apud omnes sententia, Aristot. scilicet dari generationes & corruptiones substantiales, quibus materia prima eadem manens transmutatur ab una forma substantiali in aliam: quod pluribus rationibus facile ostendipotest. Primo, quia dantur diuersae formae substantiales & inter se incompositiles, ut forma ignis, & forma aquae, ergo per aduentum unius debet altera corrumpi: ergo dantur generationes, & corruptiones substantiales.

Secundo, quia materia prima habet potentiam passiuam naturalem ad recipiendas formas substantiales: sed cuilibet potentiae passiuae naturali, debet correspondere agens naturale reducens illam ad actum naturalem, alias esset frustra talis potentia: ergo possibles sunt generationes formarum substantialium.

Tertio, id probat, Aristot. cap. 1. huius lib. quando inquit, si esset impossibilis generatio etiam esset impossibilis alteratio, quod ex eo probari potest; nam alteratio ex natura rei ordinatur ad generationem, ex eo quod per alterationem disponitur materia ad nouam formam recipiendam: ergo si esset impossibilis generatio per naturam, etiam esset impossibilis alteratio, quae ex natura rei ad illam ordinatur, natura enim nihil facit frustra.

Solent tamen contrahanc rationem, Aristot. plura quae facultates sunt obijci. Primo, nam in celo est alteratio, cum ibi producatur lumen, quod qualitas quedam est, cœlum autem secundum Aristot. est in generabile, & incorruptibile, ergo possibilis est alteratio, ubi est impossibilis generatio.

Secundò, quia ad generationem non requiritur quis alteratio, sed alteratio intensa, non vero remissa, nam ut ex ligno fiat ignis, requiritur maximum intensus calor, ut expellat fere totam, vel totam frigiditatem, qua conseruatur forma ligni: quia saltem non probatur esse impossibilem alterationem remissam, etiam si esset impossibilis generatio.

Tertio, nam prius non dependi

det à posteriori, cùm habeat esse ante posterius, sed alteratio, quæ ordinatur ad generationē est prior illa; ergo non dependet ab illa, sed è contra, generatio dependet ab alteratione: ergo etiam si esset impossibilis generatio, esset possibilis alteratio.

Tandem vltimō, quia multo tñies datur inclinatio naturalis ad finem impossibilem, qualiter materia prima, ad huc corrupta forma, quantum est ex se habet potentiam naturalem ad illam, cum tamen per naturam impossibile sit, formam corruptam semel, iterum reproduci. Similiter omnes partes terræ habent naturalem inclinacionē, vt sint in centro ipsius terræ, cum tamen naturaliter sit impossibile, omnes vsq; ad centrū terræ peruerire: ergo etiam si esset impossibilis generatio, posset dari alteratio ex natura rei ad illam ordinata.

Respondeatur tamē in primis, hæc omnia non procedere contrariactionem, Aristot. prout ab illo facta est, ipse enim loco allegato arguit contra Empedoclem, qui, vt refert Arist. cap. 2. duo dicebat. Primo, vnum elementum non posse generari ex alio. Secundo elemēta tātū differre per qualitates, cōfundebatq; generationem elementorū cū

transmutatione illorum ab una qualitate in aliam: & ita optime arguit. Quod si esset impossibilis generatio, esset impossibilis alteratio, eo quēd Empedocles non distinguebat inter generationem elementorum, & alterationē illorum. Verum etiam, si verum sit alterationē esse diversam mutationē à generatione, verissima illa ratio est, quōd si esset impossibilis generatio, etiā esset impossibilis alteratio: cui⁹ vim in tercia ratione explicavimus.

Vnde ad obiectionem primam respondetur, alteracionē esse duplē, aliam corruptiū, & est, quæ ordinatur ad corruptā vñā formā, alterāq; introducendā, qualiter calefa&io ordinatur ad corruptā formā aquæ, & introducendā formā ignis: alteram vero perfectiū, & est illa, quæ quamuis producat aliquādo qualitatē, non tamē ordinatam ad corruptionē alicuius formæ substancialis, qualis est illuminatio, lumen enim per illam productū nō est qualitas corruptiua, ei⁹, in quo recipitur. Ratio ergo, Arist. inteligēda est de alteratione corruptiua, hæc enim est, quæ ordinatur ad corruptionē substancialē, nō vero de alteratione perfectiua, qualiter reputatur in cœlo.

Caput.I.II. & III.

Ad secundam rationem respondeatur, quod quanuis ad generationem clementorum requiratur alteratio nimis intensa, quia elementa habent qualitates maximè intensas, eo quod habent alteram in summo, alteram prope summum, tamen ad generationes mixtorum, satis sunt alterationes remissæ, nam mixta habent qualitates in gradibus remissis, & ita ex productione plurium qualitatum remissarum producitur mixtum. Vnde bene probat, quod si esset impossibilis generatio, esset impossibilis alteratio, etiam remissa.

Ad tertiam Respondeatur quod licet alteratio sit prior generatione in genere causæ materialis, in quantum disponit materialiam ad generationem, & se habet ex parte materiae, tamen est posterior illa in genere causæ finalis, quia generatio est finis propter quem est alteratio: ut autem prius possit esse sine posteriori debet esse prius in omni genero causa, ita quod in nullo genere causa pèdeat ab illo.

Ad ultimum respondet bene Caiet.3. p. q. 9. art. 4. quod ut potentia aliqua sit naturalis, & non frustra, non requiritur, quod absolute loquendo consequatur suum actum, sed quād oportet & ubi oportet. v.g.

hinc numero materia habet potestiam ad plures formas, quas tamen non habuit, quia omnes formæ non sunt introducendas in quavis materia: cum hoc tamen, illa potestia naturalis, non dicetur esse frustra, quia non oportet, nec est debitum, omnes formas introduci in hanc numero materia, nisi illastant ad quas ultimate disponitur, & quia, non disponitur ad omnes, ultimate, non opus est quod quilibet materia recipiat omnes formas. Similiter ergo quāuis quilibet pars terræ habeat naturalem inclinationem, ut sit in centro terræ, non est tamen violenta, etiam si non sit in centro terræ, sed in superficie illius, quia solum est illi debitum, quod sit in centro, quādo aliæ partes terræ non impediunt: vnde quia tam aliæ partes sunt creatæ in centro terræ, cum plura corpora non possint penetrari in eodem loco, necessarium est, quod aliæ partes terræ maneat extra centrum illius, & ita nūquā datur naturalis inclinatio ad finem simpliciter impositibilem, nam quod quælibet particula terræ attingat centrum illius, ex se non repugnat illi, nisi solum ex suppositione quod aliæ partes cum quibus per naturam est impenetrabilis iam centrū terræ occupauerint;

Ad

Ad aliud autem de potentia quam habet materia prima ad formam iam corruptam respondeatur in primis, quod quanvis materia prima quantum est de se habeat naturalem inclinationem & potentiam ad recipiendam quamlibet formam, etiam corruptam, si per possibile, vel impossibile iterum reproducetur, tamē absolute loquendo, nō habet potentiam naturalem ad formam iam corruptam, quia potentia naturalis est ad possibile naturaliter, cum potentia, & possibile proportionentur, atque ad eo, quia forma semel corrupta, per naturam est impossibilis ponit à parte rei, id est absolute loquendo non potest dici, manere materiam impotentiam naturali ad illam formam non quidem, quod aliquid entitatis materiae ablatum sit per se parationem formae, sed quia forma est impossibilis per naturam: vnde autem proueniat, formam semel corruptam non posse iterum reproduci, dicam secundo lib. de generatione.

Ad rationes dubitandi im principio questionis adductas respondetur. Ad primam verum esse naturam non intendere per se corruptionem, sed potius generationem, quia corruptio habet cuiusdā mali

rationem, eo quod priuat re aliqua, quae eo ipso, quod est ens, est aliquod bonum, quia bonum est passio entis, & ita quia malitia est priuatio bonitatis, corruptio habet rationem mali, atq; adeo nō est per se intenta à natura, nisi tantum generatio, quae est illi adiuncta, hæc enim potius ponit rem nouam à parte rei, quam priuet re aliqua. Nec valet dicere, corruptio est necessario adiuncta cū generatione; ergo si natura per se intendit generationem, etiam per se intendit corruptionem. Ratio est, quia quanvis necessario priuatio coniuncta sit cum generatione, tamen nō intenditur ratione sui, sed ratione generationis, cum qua cōiungitur, & ita solū est per accidens intenta.

ad secundam responderetur, quod ut vidimus 1. & 2. lib. Phisicorum ad rationem creationis non satis est, quod nihil eius quod sit præcesserit, sed quod ex nihilo fiat tanquam ex subiecto & ita formæ substantiales corporeæ non dicuntur creari, quia quanvis tota illarum entitas de nobo fiat, tamen ex aliquo subiecto presupposito fiunt, & ita non creantur, sed generantur.

Super I. Lib. de gener. & corrup.

Ques. II. Vtrum generatio, & corruptio sint actiones realiter diuersæ.

In hac re non desunt, qui existimant, generationem, & corruptionem, esse actionem eandem realiter, quæ in quantum formam præexistentem expellit, dicitur corruptio, in quantu verò nouâ inducit formam dicitur generatio. Quam sententiam expresse secuntur hoc loco Marsilius. q. 5. de generatione, Albertus de Saxonia, q. 4. & clarius id docuit Bañez hoc loco Caieta. I. 2. q. 113. & videtur esse expressa sententia, D. Thomæ in illo art. in solutione ad 2. vbi dicit in fusionem gratiæ, & remissionem culpi esse cùdem actum, quantum ad essentiam, id est, quantum ad essentiam, & entitatem; nam entitas, seu essentia actus appellatur eius substantia. Sed infusio gratiæ est quadam productio, remissio vero culpi est corruptio peccati: ergo in sententia S. Thomæ generatio, & corruptio est eadem actio.

Et probari potest primo, quia generatio, & corruptio non habent terminos realiter diuersos: ergo nec sunt mutationes realiter diuersæ. Probatur

antecedens, quia terminus ad quem generationis est forma genita, terminus autem ad quæ corruptionis est non esse formæ corruptæ: sed hoc non esse formæ corruptæ identificatur realiter cum forma genita, quia talis forma in sua intrinseca entitate dicit non esse formæ corruptæ, qualiter forma ignis in sua intrinseca entitate dicit non esse formæ ligni: ergo terminus utriusque mutationis est idem realiter, atque adeo generatio, & corruptio non sunt mutationes realiter diuersæ.

Secundò quia unus motus est accessus ad unum, & recessus ab alio: qualiter eodem motu locali quo accedimus ad unum locum recessimus ab alio: ergo eodem motu quo subiectum acquirit formam nouam recedit ab alia, atque adeo eadem est mutatio, generatio unius, & corruptio alterius: sentitur ergo non esse mutationes ex natura rei diuersas.

Tertio id videtur docuisse Aristoteles, nam hoc capite assignans causam perpetuitatis generationum, & corruptionum, dicit esse eam, quia generatio unius est corruptio alterius: ergo similiter sentit non esse mutationes ex natura rei diuersas.

Tamen

Tamen dico primo. Generatio, & corruptio sunt mutationes essentialiter diuersæ. Hanc conclusionem ducit clare Aristoteles quinto Phisicorum textu septimo ubi inter alias species mutationis diuersas duas enumerat, alteram à non subiecto in subiectum, id est, priuatuo in posituum, alteram vero subiecto in non subiectum, id est, à positiuo in priuatium, sed generatio & corruptio hoc modo se habent, quia generatio essentialiter est mutatio procedens de non esse ad esse, & corruptio essentialiter procedit de esse ad non esse, ergo generatio & corruptio sunt mutationes specie & essentialiter diuersæ.

Et hinc confirmari quidem urgentissime potest hæc ratio; nam distinctio essentialis intermutationes exterminis ad quos & à quibus summittur, sed generatio & corruptio essentialiter versantur inter terminos specie diuersos; nam generatio procedit à priuatione formæ genitæ, ad esse illius, corruptio vero ab esse formæ corruptæ ad non esse illius: ergo essentialiter distinguuntur.

Dico tamen secundo. Generatio, & corruptio sunt

mutationes, non solum essentialiter, sed realiter diuersæ. Hanc sententiam tenet Toletus, tum hoc capite quæst. tertia, tum etiam quinto Phisicorum quæst. quarta, & Sanctus Thom. quamvis pro contraria sententia citari soleat. Idem expresse docet de veritate, quæst. 28. articul. 6. & §. Phisicorum super textum 45. Vnde quando Sanctus Thom. de veritate articulo primo dicit, eundem esse motum, quo corruptitur calor, & introducitur frigus, tantum intendit ibi esse unicum motum proprium, & possituum, corruptio enim non est actio possitua, ut postea dicam.

Sed ratione efficaci probari potest. Primo, quia qualities unum potest dari à parte rei sine alio, illa duo distinguuntur realiter; neque enim ut saepe dixi, potest idem realiter inueniri sine se ipso: sed generatio & corruptio hoc modo se habent, ergo realiter distinguuntur. Probatur minor quia qualities contrarie de potentia absoluta possunt esse simul in eodem subiecto, immo & plures formæ substantiales, ut vidimus primo libro Phisicorum disputatione sexta,

Super I.lib.de gener. & corrupt.

ergo posset Deus producere calorem, quin corrumpatur frigus: ergo potest dari à parte rei generatio sine corruptione. Similiter Deus potest corrum pere calorem, absque eo quod introducatur frigus: imò in formis substantialibus, cum non repugnet, vt vidimus primo libro Phisicorum dari materiam absque omni forma, posset Deus corrumpere formam ligni, absque eo quod ibi esset generatio alterius formæ: ergo potest dari à parte rei vna mutatio ex his si ne alia: ergo distinguntur realiter.

Secundò, quia multiplicā tur realiter corruptiones, vbi tantum est vnica generatio, vt, quando ex pluribus elementis generatur mixtum, ibi est tantum vnica generatio, quia generatur vnica tantum forma mixti, sunt tamen plures corruptiones, quia corrumpuntur plures formæ elementorum: ergo generatio & corruptio distinguntur ex naturarei. Neque potest dici, vni ca tantum corruptione corrumpi illas plures formas elementorum, quia ibi sunt plures termini, à quibus, scilicet, plures formæ elementorum, quia corruptio, tendit ab esse formæ ad non esse. Simili-

ter, sunt plures termini ad quos, illarum corruptionum, scilicet, plures priuationes il larum plurium formarum: ergo sunt plures corruptio nes. Similiter contingere po test, esse plures generationes à parte rei, vbi tantum est vni ca corruptio, vt si fingamus mixtum aliquod corrum pi, & resolui in plura elemента, ita quod, ex illo gene retur in diuersis partibus mate riæ plura elemēta, ibi essēt plures generationes, & tantūnica corruptio: ergo generatio & corruptio realiter distingūtur.

Tertia denique ratio à priori huius est, quia termini realiter diuersi postulant actiones realiter diuersas; sed genera tio & corruptio habent terminos realiter diuersos: ergo distinguntur realiter. Probatur minor, quia quando lignum corrumpitur, & generatur ignis, terminus ad quem generationis ignis, est forma substantialis ignis, terminus autem ad quem corruptionis ligni, est priuatio formæ ligni, quæ quidem priuatio est in materia prima, illa enim est, quæ denominatur priuata forma ligni: sed priuatio formæ ligni & forma ignis distinguitur realiter: ergo & actiones ipsæ. Quod autem distinguan

tur realiter probatur, quia forma substantialis duplē habet effectum; alterum, primitium, & positiuum, qui est dare esse; alterum secundariū, & negatiū, qui est expulsio, seu priuationis formæ præexistentis: ergo priuationis illa est effectus formalis secundarius proueniens à forma ignis; ergo debet distingui realiter ab illa. Probatur cōsequētia, quia ut ostensum est 2. Phisi. inter omnē causam realem, & effectum, debet esse distinctionis realis, quia idem, non potest esse causa suæ entitatis.

Ad argumenta adducta pro contraria sententia respon. in primis illū locū, D. Tho. nihil contra nos probare, nam aliud est loqui de corruptione formæ positiue præexistētis: aliud vero de expulsione termini à quo v. g. quando ignis generatur, aliud est loqui de corruptione formæ ligni, quæ præexistebat, aliud vero de expulsione priuationis formæ ignis, quæ est terminus à quo generationis ignis, & ita quamvis corruptio formæ præexistentis sit diversa actio à generatione, tamē priuationis formæ genitæ, quæ est terminus à quo generationis expellitur eadem actio, quia producitur forma genita, quia priuationis tollitur per aduentū

habitus, cum quo essentialiter est in compōssibilis, neq; corrūpit priuatio, si proprie loquamur, quia corruptio est destructionis entitatis, priuationis autē nullam habet entitatem.

Est tamen hoc loco maximè aduertendum, non esse candē rationem, quando terminus à quo in actione aliqua est positinus, vt quando producitur calidū ex frigido, tunc enim, diversa actione producitur calor ab illa, qua corrūpit frigus, possit enim calor produci, nō corruptio frigore, quia quamvis calor, & frigus in gradib⁹ intēsis sint naturaliter opposita, nō tamē essentialiter, cū per diuinā potentiam possint dari simul in eodem subiecto, & ita opus est quod frigus expellatur diversa actione ab illa, qua producitur calor: tamen quando terminus à quo solū est priuationis formæ generandæ, eadem actione qua producitur forma, expellitur priuationis, quæ est essentialiter opposita tali formæ, ita ut, neq; de potentia absoluta Dei possint dari simul forma, & priuationis talis formæ, aliás in quauis generatione, necessaria. rior effet triplex actio realiter diversa, scilicet, generationis formæ productæ, corruptio formæ præexistentis, & expulsio-

Super I. lib. de gener. & corrupt.

termini à quo generationis quod nullus dixit.

Ex his ergo respondendum est ad locum, D. Thom. eadem actione produci gratiam, & remitti culpam, quia peccatum essentialiter dicit priuationem gratiae, ita ut neque de potentia Dei absoluta possit esse simul cum illa, & ita eadem actiones qua gratia producitur necessarium est tolli culpam; securus tamē est in alijs rebus, quae non sunt essentialiter opposita.

Ad primā rationem respondeatur, quod in generatione aliqua, possumus considerare duplex, non esse formae corruptae, alterum, quod est in forma genita, nam forma genita, in se dicit, non esse formam corruptam. Sicut quaelibet res uniuersaliter dicit, non esse alteram, & hoc non esse, est negatio, quia est carentia in subiecto, non apto, quia repugnat formam genitam esse formam corruptam. Aliud vero est, non esse formae corruptae, in materia prima, quod est priuationis, nam est carentia formae praexistentis quae carentia est in materia prima, quae ex se apta est ad habendam talēm formam. Dico ergo: terminum ad quem corruptionis esse priuationem formae corruptae, quae

quidem priuationis est in materia prima, non vero illud non esse, quod est in forma genita. Ratio est aperta, quia actio, & terminus necessario debent recipi in eodem subiecto, cum actio sit via, & tendentia ad terminum; sed corruptio, non recipitur in forma genita, sed in materia prima, illa enim est subiectum generationis, & corruptionis, non vero forma; ergo terminus ad quem corruptionis est priuationis formae corruptae, quae quidem priuationis est in materia prima, non vero illud non esse, quod est in forma genita, quia ergo priuationis illa, quae est in materia distinguitur realiter à forma genita, quia adhuc corrupta illa forma quae modo, generatur manebit in materia eadem priuationis formae corruptae, quam modo habet, idēo de primo ad ultimum generatio, & eius terminus realiter distinguuntur à corruptione, & termino illius.

Ad secundum respondeatur, aliud esse, quod accessus ad unum locum, & recessus ab alio, non sint duo motus, aliud vero, quod non sint duæ actiones, quia primum est verum, secundum vero falsum. Quod sic explicò, nam quando mobile

bile aliquod mouetur ab uno loco ad alium, ibi interueniunt duæ actiones; altera produc diuī præsentia localis in nō uo spatio, & hæc est motus proprie dictus, scilicet motus localis: altera vero corruptiua præsentia p̄existentis in priori loco, cuius terminus ad quem, est non esse illius præsentia, & ista actio dicitur accessus ab illo loco, & non est motus proprie dictus, quia cum sit corruptio quædam, non est actio positiva, sed negativa, vt dicam infra, & ita verum est, actiones istas, scilicet accessus, & recessus esse duo motus, & fortasse hoc tantum intendunt, qui communiter concedunt propositionem illam, scilicet accessus, & recessus sunt unus motus, id est non sunt duo motus; tamen, quod accessus ad unum locum sit actio realiter diuersa ab illo recessu. Ex eo probari potest, quia cum. 4. lib. Phisi. ostensum sit per diuinam potentiam posse dari idem corpus simul in duobus locis: potest Petrus qui est Complati accedere ad alium locum quin recedat priori, ergo potest dari accessus sine recessu, vel è contra, ergo sunt actiones realiter diuersæ. Idem

ctiā proportionali modo probari potest de motu alteratio- nis, nam ferè omnium sententia receptum est, duas qualita- tes contrarias adhuc in gradibus intensis, posse simul re- periri in eodem subiecto de potentia Dei absoluta: vt vi- dimus. 1. lib. Phisi. disputatio- ne. i. ergo posset de poten- tia Dei absoluta subiectum iam habens calorem, vt quinque recipere frigus, vt quinq; abs- que eo quod recedat à calore, vt quinque: ergo potest dari accessus ad unam formam, sine recessu ab alia priori, atque adeo accessus, & recessus, non est unica actio, sed duplex. Verum est, huiusmo- di actiones diuersas naturaliter loquendo simul fieri, si- mul enim, quod mobile acce- dit ad unum locum, recedit ab alio, tamen vt sepe dixi, non est idem, aliqua esse simul, & esse idem.

HOC supposito, ad argu- mentum respondeatur, dicen- do, in generatione substantia- li, non esse eandem actionem, qua materia prima accedit ad unam formam substantialem recipiendo illam per gene- rationem, & qua recidit à priori forma per corruptio- nem illius, quia cum possibile

Super I. Lib. de genet. Corrup.

sit dari per diuinam potentiam
duas formas substantiales si-
mul in eadem materia, ut vidi-
mus. 1. lib. Phisi. posse materiam
primam recipere formam ignis,
quin recedat ab alia, ergo
accessus ad unam formam, &
recessus ab alia, sunt mutationes
realiter diversae. Verum est, ut supra dixi, materiam,
eadem actione prorsus accede-
re ad formam genitam, illam
recipiendo, & recedere a priua-
tione illius, quae est terminus
a quo, illius actionis, est enim
diversa ratio, ut supra dice-
bam de oppositis priuatibus, &
de duab⁹ formis positibus, quae
se inuicem expellunt, priuatio
enim, & habitus sunt essentia-
liter in compossibilis, ita ut,
neq; per diuinam potentiam
possint dari simul in eodem sub-
iecto, tamen quamvis duæ for-
mæ positivæ sint ex natura rei
in compossibilis, non tamen
de potentia Dei absoluta, &
ita in his accessus, & recessus
est diversa actio.

Ad tertiam respondeat, pro-
positionem illam, generatio unius
est corruptio alterius, non esse
intelligendam in sensu identi-
co, ita ut generatio, & corruptio
sint eadem actio, sed potius in
sensu causalib⁹, ita quod,
ad generationem unius sequan-

tur corruptio alterius, de quo
late dicam quæstione sequenti.

*Quest. III. V. generatio unius
sit corruptio alterius.*

Ex dictis haec tenus patet,
propositionem istam: gene-
ratio unius, est corruptio alte-
rius, non esse intelligendam in sen-
su identico, seu formalib⁹, cu[m] o[mn]i
sum sit generatione, & corrup-
tionē, esse mutationes essentiiali-
ter, & realiter diversas, & ita
communiter interpretes illam
explicant, in sensu causalib⁹, ita
quod, generatio unius sit causa
corruptionis alterius: nam cu[m]
duæ formæ substantiales sint
ex natura rei in compossibilis,
una expellit aliam. Sed sta-
tim oritur dubitatio, utrum
generatio, & corruptio sint ita
inter se conexæ, ut separad ge-
nerationē unius sequatur cor-
ruptio alterius, & non est ser-
mo de potentia absoluta; nam
cum probatum sit. 1. lib. Phisi.
materiam primam, posse exis-
te sine omni forma substantia-
li, posset corrupti forma ali-
qua in materia, absq; eo quod
alia de nouo introduceretur,
& ita posset dari corruptio si-
ne generatione: & cum eodem
lib. ostensum sit, etiam posse da-
ri materiam cum duplii forma
posse

posset quidem forma aliqua de novo generari in materia ab sede eo, quod forma præexistens corruptatur, & ita etiam potest dari generatio sine corruptione, loquimur, ergo de facto, & ex natura rei. Posset autem procedere, quæstio de generatione, & corruptione formæ substantialis, & etiæ de generatione, & corruptione formæ accidentalis, quæ quidem appellatur generatio, & corruptio secundum quid.

Si loquamur de generatione, & corruptione formæ substantialis duo dicenda sunt primo, quod si loquamur de termino formalis generationis, scilicet de forma, non semper generatio unius est corruptio alterius: neque è contra, nam quando ipso morte hominis generatur forma cadaveris, non corruptitur forma hominis præexistens, cum in mortalis sit. Et similiter, quando corruptitur forma embrionis, & generatur homo, non generatur anima rationalis, quia supponimus factum per creationem, si loquamur ergo de formis substantialibus: non semper generatio unius est corruptio alterius. Addo tamen in alijs præter hominem, semper generationem unius formæ esse corruptionem alterius, & è contra.

Ratio est, quia generatio est productio formæ in materia præsupposita: quia materia cum per naturam, non possit dari privata omni formæ substantiali, forma, quæ aduenit per generationem, debet, expellere priorem formam, cum qua est ex natura rei in compossibilis, & ita generatio unius est corruptio alterius. Similiter, cum corruptio formæ sit distractio alterius, manente tamen materia (alijs potius esset anihilatio), & cum illa materia, non possit dari sine forma, necessarium est, ut ibi generetur alia forma, & ita corruptio unius est generatio alterius.

Dico secundum, si loquamur de termino totali generationis, quod est compositum substantialis, quod propriè dicitur generari, & corrupti, semper generatio unius est corruptio alterius, & ita quando corruptitur embrrio, quamvis non generetur anima rationalis, tamen generatur homo, similiter quando corruptitur homo, quamvis non corruptatur anima rationalis, tamen corruptitur homo, & generatur cadaver, & idem est in qualibet alia substantia. Et ratio summi potest ex diuis, quia cum materia per naturam, non possit esse sine omni forma, neque cum pluribus simul, necessariū

Super I. Lib. de gener. & corrup:

Et quod ad generationē vnius totius, sequatur corruptio alterius, &c ē contra.

Est tamen notandum, quod eū dicimus, generationē vnius esse corruptionem alterius, illa particula, vnius, non significat esse vnu, quod corruptitur, si est vnum, quod generatur, nam vt quæstione præcedenti diximus, contingere potest, quod quando plura corruptuntur, vnum tantum generetur, vt quando pluribus elementis generatur mixtum, corruptūt plura, & generatur vnicum tantum. Similiter quando mixtum resolutur in elementis, generantur plura elemēta, & corruptitur tantum vnicum mixtum, illa enim particula, vnius, tantum denotat, quod quæties aliquod corruptitur aliud debet generari, & ē contra, siue, quæ corruptuntur, aut generantur sint plura, siue vnum.

Maiorem habet difficultatem. Virum etiam prædicta propositio possit intelligi in accidentibus, ita quod in accidentibus generatio vnius semper sit corruptio alterius. Pro cuius intelligentia aduentū est, quod inter accidentia quædam sunt, quæ habent contrarium, qualiter calor, & frigus, sibi inuicem contrariantur, alia sunt, quæ non habent contra-

rium, vt lumen. Convenient ergo omnes prædictam propositionē non habere locum in accidentibus, quæ non habent contrarium, qualiter quando lumen corruptitur nihil generatur, sed solum introducuntur tenebrae, quæ nihil reale sunt: idem etiam contingit in speciebus sensibilibus, potest enim, corrupti in aere species visibilis albi per solam remotionem subiecti, absque eo quod aliud generetur. Solum, ergo dubium est: vtrum prædicta propositio semper habeat locum saltem in accidentibus, quæ habet contrarium.

In quo plures substinet partem affirmatiā, tenet Ferrar. 2. cōtra Gen. c. 4. & plures alij. Et ratio esse potest, nam fidetur corruptio, sine generatione alterius, iā natura per se intendenter corruptionē, & nō tantum per accidens: tamen distinguendū est, nō inter accidentia quæ sibi inuicē contrariātur, quædam habet necessariā successiōnem inter se, ita ut semper uno corrupto, aliud subsequatur, qualiter calor nunquā corrūpi tur, nisi per aduentū frigoris, & ē contra naturaliter loquendo, & in his habet verū prædicta propositio propter in falibilem successionem, quæ sibi inuicem succedunt.

Et

Et si dicas, quod potest corrūpi albedo, non per aduentū nigrinis, sed per aduentū alterius coloris medij. Respond. in primis, solū dixisse, Aris. quod generatio vnius sit corruptio alterius, sive illa sint proprie cōtraria, sive non. Addo tamen cōtrarietatem esse duplice: quædā cōtrariatur, sicut extremū extremo, qualiter albū, & nigrum sunt contraria, alia tamen sunt contraria, non sicut extremum extremo, sed sicut medium extremo qualiter fusco cōtrariatur albo, quia & si sint colores medij, tamen colores medij respectu albi induūt rationē nigri; vnde quia albedo nō potest tolli, nisi per aduentum saltē aliquius coloris medij, ideo quodam modo corrumpitur per aduentum contrarij.

Dico. 2. alia esse contraria accidencia, quæ tamen nō habent necessariā connexionē inter se, ita ut nō semper unū alteri succedit, quales sunt habitus contrarij, vt scientia, & error, potest enim corrūpi scientia per non usum absq; eo quod opus sit in duci errore in intellec̄tu hauitius enim hoc habet peculiare, vt nō solū corrūpantur per aduentū cōtrarij habitus, sed etiā per non usum, ergo in his non semper generatio vnius est corruptio alterius.

Ad rationē autē cōtrarie sentē

tia, resp. corruptionē nō sēper esse per se intentā à natura, nā quamuis detur corruptio sine generatione, ex eo q̄ agens es set ab operatione sua nō cōseruando effectum, tamen potētia activa naturalis illius, non ordinatur per se ad non agendū, sed ad agendum, & ad hunc finem est illi à natura concessa. Dico, tandem in hac difficultate quantū attinet ad mentē, Aris. quod quādo dixit generationē vnius esse corruptionē alteri⁹, aperte loquī de generatione, & corruptione substanciali, quia postquā quesivit, an generatio simpliciter, seu substantialis sit possibilis, & antiquorū sententias refutauit, statim querit quae sit causaquare generationes, & corruptiones sint perpetuae, eā que assignat dicens causā esse, quia generatio vnius est corruptio alrius, ergo aperte loquitur de generatione, & corruptione substanciali, de qua prius dubitauerat, an sit possibilis.

Quest. IIII. Quid sit generatio, & corruptio, & qualiter inter se comparentur.

In hac quest. plures in volvuntur difficultates, quæ breui ter expediti possunt. Primo nāque dubitari potest, utrū corruptio sit actio positiva, ita quod sit in fluxus aliquis positibus habens Physicā entitatē; de ge-

Super I. lib. de gener. & corrut dr.

eneratione autem nullus dubitauit, nam cum sit vera, & realis productio, & realis tendetia ad entitatē aliquā producendā, certū est habe re Phisicā entitatē, pertinētiā ad pradicātiōnē actionis, & ita esse actionē positivā. Solum ergo est dubiū de corruptione. In quod cēdū est beruiter, nullā corruptionē esse actionē realē positivā, sed potius esse actionem negatiuā, nō habētiē Phisicā aliquā entitatē: est q; cōmuni sententia. Et probat facile, quia sicut est idē agēs, & efficiens, ita etiā eadē est actio, & effectio, sed corruptio potius destruit, nō ergo est realis actio. Et si respōdeas, qđ ipsū de struere, est aliquid efficere. Cōtra, quia res aliqua sufficiētiē de struit per solāce stationē actionis conseruatiuā; sed cessationē nihil reale est, cū sit quādā carētia, ergo corruptio nō. Statio positiva, sed poti⁹ negativa. Vnde hic etiā, habet locū illud principiū, qđ sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio est causa negationis; sed terminus corruptionis est negatiib⁹, scilicet nō es se rei; ergo actio, quæ ad illū terminat, non pōt est actio realis positiva. Secundū, quia si corruptio esset actio positiva, etiā id haberet anihilatio quę totaliter de struit rē, & ita esset actio de pradicātiōnē actionis, atq; adeo accidēs, sed anihilatio totaliter de struit rē, ergo illud accidēs reale

mane: e: sine subiecto, cui inherēret, qđ est multiplicare miracula sine necessitate: ergo sicut intel ligimus anihilationē nō esse a ctionē positibā, id etiā poterit fa cile intelligi de corruptione. Ter tiō id est ostendit in opinione afferētiū actionē identificari cū termino, quia terminus corruptionis, non est aliqua entitas positiva, sed nō esse rei; ergo & ipsa actio. Et hinc vltius fit, quod quia ra tio actionis presupponitur ad mutationē, vel secundum alios est ipsa mutatio, sicut corruptio, nō est actio positiva, ita neq; po sitiva mutatio, sed poti⁹ priuati ua. Patet ex dictis corruptionem nō habere causā efficientē, si pro prie loquamur; nam cū nō sit esse actio aliqua, sed poti⁹ defecatio (vt ita dicā) ita nō habet causā vere efficientē, sed deficientem, quia corruptio est defectus cōseruationis. Ultimō ex dictis patet, id quod. q. 2. dicebā, scilicet inter generationē, & corruptionē, nō esse distinctionē realē positivā, quę est inter duas entitates positi vas, sed solū est distiō realis negatiua. Secundo dubiū i potest hoc loco. V. generatio sit a ctio realiter diuersa à conseruatione eiusdē rei, de quo iā diximus. 2. Phis. dis. 4. q. 3. quod quo ties cōservatio non sit ab eodē agēte à quo fuit facta prima pro ductio, si actio realiter diuersa à prima productione, ut quādo posse

postquam ignis produxit calorem, remoto illo igne, accedit aliis ad conseruandum cundē calorem, tunc illa conseruatio est actio realiter diuersa à prima productione, quanvis terminus sit idē: neque enim existimamus actionem, identificari cum termino: & quidem præter rationes, quas loco allegato ad idē probandum adduximus. Probatur ratione à priori: hoc idem, nam vi omnes factentur actio per suam essentiā pendet ab gente aquo procedit, alias fieret per aliam actionem, super additam, & ita daretur ad actionem actio: si ergo quando accedit diuersum agēs ad conseruādum effectum iam ab alio productum est eadem actio, iam ista actio non pendebat à priori agente per suam essentiam, siquidē eadē actio, semoto priori agente, iam non pendet ab illo, sed ab alio, unde fieret, quod dependeret à priori agēte, per aliquid super additū, & ita daretur ad actionem actio.

Dicendū ergo est, qđ quories conseruatio non sit ab eodem agente, aquo facta fuit prima productio, sit actio realiter diuersa à prima productione. Denique plures alias rationes ad hoc efficaciter probandum videri possunt loco citato. Vn-

de dictēdum est conseruationē tunc solū esse cādem actionem cū generatione quā est prima productio rei, quando effectus ab eodem agente conservatur a quo primo productus est: & tunc verum est, conseruationē esse primā actionem continua- tam, secus verō est noua actio.

Tertio dubitari potest in hac q. quem ordinem habeant inter se generatio & corruptio, id est quae illarum sit prior: in quo duo dicenda sunt. Primo quod si loquamur de prioritate secundū durationem realē temporis, una non sit prior alia: nā vel daretur materia cū duplicitate forma, velsine vlla. Et probatur, quia si generatio tempore, aut instantiā aliquo temporis, antecederet corruptionē, tūc materia haberet duplicitate scilicet formā præexistētē, quia nō dū est corruptio, & etiā formam de nouo genitā, si verō ē cōtra singamus corruptionē durationē aliaqua reali, antecedere generationē, daretur materia sine formā vlla, quia, neq; haberet formam priorem, cū corrupta sit, neq; formam generādam, cum non dum sit generatio.

Solum ergo est dubium de prioritate naturā, que istarum actionū sit prior altera. In qua re communis fere sententia asserit, distinguendum esse; nam

Super I. lib. de gener. & corrupt.

Si loquamur ingenere causæ formalis, generatio est prior corruptione, eo quod forma genita expellit formam corruptam, in genere causæ formalis, tanquam forma in composibilis cum illa: tamen in genere causæ materialis, è contra, corruptio est prior generatio-ne. Et fundamētum esse potest, nā expulsio formæ præexistē-tis, est dispositio quædam p̄e requisita ad introductio-nem nouæ formæ, eo quod, du-gante antiqua forma, nō potest alia forma introduci, propter inēpossibilitatem formarū: Sed dispositio[n]es, quæ se te-nent ex parte materiæ expeditat ad genus causæ materialis, vt ex cōmuni omniū sententia, vidimus 2. Phisicorum, ergo in genere causæ materialis cor-ruptio est prior natura, quā ge-neratio.

Nobis tamen aliter distin-guendū est, vt vidimus 2. libr. Phisicor. disput. 4. q. 2. duplex enim est corruptio, siue expul-sio formæ, quædam, quæ cau-satur ex vi introductionis formæ, genitæ, qualiter formalis ligni ex-pellitur ex vi formæ ignis adue-nientis, alia vero est expulsio dis-positionum, quæ conserua-bant formam ligni, quæ disposi-tiones non expelluntur ex vi formæ ignis, sed iam presup-

ponebātur ex pulsæ ex vi calo-disponentis ad formā ignis.

Dico ergo, quod quanvis ex pulsio dispositionum formæ præexistentis in genere causæ materialis, sit prior quam gene-ratio formæ substantialis aduenientis, tamen corruptio formæ substantialis, quæ semper fit ex vi formæ genitæ in nullo genere causæ est prior quā gene-ratio ipsa, generatio tamen est prior corruptione in genera-causæ formalis. Et quod hoc ita sit dicendum probatur pri-mo, quia formæ substanciali-expellunt se ex vi in composi-bilitatis, quam habent, tanquam formæ incompossibiles: ergo nullo modo potest intelligi ante formam genitam, corruptio formæ substantialis nisi ex vi formæ aduenientis: ergo ex pul-sio prioris formæ nullo mo-do potest intelligi ante formā genitā, atq; adeò, neq; ante ge-nerationē illius, cū forma geni-ta habeat esse per generationē.

Etsi respōdeas posse optime intelligi in genere causæ mate-rialis, formam priorem expelli non quidem ex vi formæ ge-nitæ, sed ex eo quod dispositio[n]es quibus conseruabatur cor-ruptæ sunt. Contra est, nam p̄epter ablationem dispositio[n]um conseruatuarum talis formæ, requiritur aliiquid effe-ctus

Atque illam corrupens, quia impossibile est idem se ipsum corrumpere: sed quod esse atque corruptit talē formā, non aliter corruptit quam esse, atque producendo nouam formam illi incompossibilem: ergo nunquam potest intelligi formam substancialē expelli, nisi ex vi formae genitae, atque adeo corruptio nullo modo potest esse prior generatione.

Secunda ratio est, quia effectus secundarius non potest præexistere ante primarium, aquo oritur, sed expulsio formæ præexistentis est effectus secundarius formæ aduenientis, informatione vero est quasi primarius effectus illius: ergo impossibile est intelligi expulsionem formæ præexistentis ante formam genitam, atque adeo, neque ante generationem illius. Nam si respondeas, expulsionem, quæ est effectus formalis secundarius formæ, non posse intelligi: ante primarium in illo genere, scilicet in genere cause formalis, bene tam in genere cause materialis. Contra habet vim prima ratio: nam tota ratio expulsionis formarum est propter incompossibilitatem & ita in nullo genere potest intelligi expulsione informatione formæ aduenientis. Argumentū contraria sententia nihil probat, nam-

quauis expulsio dispositionū formæ præexistentis. sit dispositio quædam præquisita ad introductionem formæ substancialis, potius est effectus formæ ad uenientis, quam dispositio ad illā, & ita corruptio substancialis in nullo genere est prior generatione.

Secunda vero pars cœclusio-
nis, scilicet, quod generatio sit
prior natura corruptione in
genere cause formalis facile
constat, quia forma adueniens
expellit formam præexistentem
in genere cause formalis, scilicet,
tanquam forma cum illa
incompossibilis: ergo genera-
tio ratione sui termini est cau-
sa formalis corruptionis formæ
præexistentis.

Sed cōtra hoc obiectum potest,
& non leviter: nā si generatio
est prior natura corruptione
sequitur materiam primam si-
mul habere duplē formam
substancialē. Et probatur, quia
forma genita est prior in gene-
re cause formalis, expulsione
alterius formæ: ergo in illo
priori naturæ, non dum prior
forma intelligitur expulsa: er-
go tunc materia intelligitur
habere duplē formam, scilicet,
genitam, & formam præ-
existentem, quia in illo priori
nondum expulsa est.

Ad hanc obiectum, quæ reuera-
dif-

Super I. lib. de gener. & corrup.

difficillima est, quidam respon-
dent, nullū esse inconueniens,
quod pro illa prioritate naturæ,
materia intelligatur, habere du-
plicem formam, dum modo in
ipso instanti temporis non ha-
beat utrāq; simul, sicut non est
inconueniens, quod in illo priori,
in quo materia est prior natura
quam forma, intelligatur mate-
ria sine omni forma. Quæ solu-
tio nō placet, quia illa priorita-
tas naturæ est in instanti reali tē-
poris, quia in illo instanti tēpo-
ris præscindimus duas priorita-
tes naturæ: alterā quia intelligi-
tur forma expellēs, tanquā cau-
sa; alteram vero in qua intelligi-
mus effectū illius posteriorem,
scilicet expulsionē formæ: ergo
si in illo priori, est verū dicere,
quod habet formam expellen-
dam, cū in instanti reali tēporis
forma præexistēs nō sit proter-
aduētum nobis formæ cum illa
in eōpossibilis, sequitur, quod
in eodem instanti temporis sit,
& non sit forma corrupta, quia
in primo illo instanti, non est
propter aduētum nouæ formæ
genitæ: ergo si in aliqua priori
tate naturæ, intellecta in eodem
instanti tēporis est forma cor-
rumpta, simal cū forma ge-
nita, sequitur planè, quod in
eodem instanti temporis, for-
ma corrupta sit, & nō sit, quod
est absurdum.

Quare dicendum est in nul-
lo instanti naturæ, inteligi ma-
teriam simul cum duplice for-
ma. Ratio est quia cū prioritas
naturæ sit prioritas causalitatis
respective effectus, illa tantum in-
telliguntur esse in illo priori,
quæ sunt causa respective effectus:
& quia præsentia formæ corru-
ptæ in materia, non est causa ex-
pulsionis eiusdem formæ à ma-
teria, immo talis præsentia in ma-
teria, opponitur expulsioni ab
eadem materia, ideo in illo prio-
ri naturæ, non intelligitur præ-
sentia formæ prioris in materia,
sed præcise intelligitur, forma
expellens, forma vero expulsa,
neq; intelligitur præsens neque
absens, quia de illa nihil agitur
in illo priori naturæ.

Vnde ad argumentum re-
pondetur verū esse formam
expellentem esse priorem na-
tura, quam expulsionē formæ,
quæ est effectus formalis illius:
nego tamen cōsequentiā, scili-
cet, in illo priori adhuc nō est
expulsa forma corrupta, quia
in in illo priori nihil agitur de
forma expellēda, & ita non cō-
sideratur virūm sit expulsa, vel
nō expulsa, quia cū illa sit prio-
ritas causalitatis, tantum in ea
cōsideratur forma expellēs, quæ
est causa expulsionis: de ipsa
verēexpulsione quæ est effectus,
nihil agitur in illo priori.

Sed

Sed obiectes, nā inter propositiones cōtradic̄tiorias, nō potest dari mediū: sed iste propositiones sunt contradic̄tioriae, forma præexistens in illo priori est, & forma præexistens in illo priori non est: ergo altera illarum necessario est vera in illo priori: sed non verificatur, quod in illo priori sit expulsio formæ, quia cum talis expulsio, sit effectus proueniens à forma expellente, debet esse posterior illa, & ita non debet cōsiderari in illo priori, in quo intelligitur forma expellens: ergo altera contradic̄toria debet esse vera, scilicet, quod in illo priori sit forma expellenda: & cum rursus, in illo priori sit forma expellens: sequitur esse concedēdum in illo priori naturæ, materiam habere duplice formā. Respōdetur tamē, veritatem aut falsitatem propositionū cōtradic̄tioriarū non esse sumēdum penes prioritatem naturæ, sed penes realem durationem temporis, aut instantium temporis. Ratio est, quia cū prioritas naturæ, sit prioritas causalitatis, in illo priori præcisè agitur, de causa; de effectu vero nihil agitur, & ita neq; cōsideratur an sit, vel non sit, quod sunt contradic̄toria: tātum ergo verificatur altera ex illis cōtradic̄toriis in instanti reali tempore,

& ita in instanti reali generatio nisformæ genitæ, non est forma corrupta. Similiter in illo priori naturæ, in quo consideratur materia prior forma, nihil agitur de forma, sed præcisè de materia, & ita non consideratur virtutē sit forma, vel nō sit, quia neutrum consideratur, solū ergo non est dare medium inter contradic̄torias in reali duratione instantis temporis, aut in ipso reali tempore: quæ doctrina satis profecto difficultis est, maximè notanda, ut plures auferantur equiuocationes, quæ in simili materia occurere solent.

Quarto dubitari postest in haec quest. vtrū dispositiones quæ disponunt materiā primā ad generationē illius formæ substancialis, effectivæ attingat generationē illius formæ & nō tātū dispositivæ: de quare late agimus 2. lib. Phisi. disp. 5. q. 4. disputantes vtrū accidentia efficiue cōcurrant ad productionē substantiæ, & breuiter duo diximus, in opinione asserentiū, accidentia non subiectari in materia prima, sed in toto cōposito, nullatenus defendi posse, quodd accidentia, quæ sunt in passo, v.g. in ligno, quod disponentur, possint effectivæ attingere productionē substatię ignis. Ratio est facilis, quia in instanti

Super. I. lib. de gener. & corrupt.

generationis subiectum iam est corruptum: ergo si accidentia subiectantur in illo, etiam corrumpitur exesse & subiecti, atque ad eod non sunt in instanti generationis, sed existentia est conditione prærequisita, ut causa aliqua influat in effectu, quia operari supponit esse: ergo assertentes accidentia subiectari in toto corpore, non possunt admittere, accidētia illa, quae sunt in passo, quod disponitur effectiue attingere ad productionem formæ, nisitatum illa, quæ sunt in aere disponetia tale passu ad corruptionem.

Dicebam tamen secundum in vera sententia, qua credimus accidentia immediate subiectari in materia prima, ac per consequētū non corrupi per aduentum formæ ad uenientis, sed eadem numero potius manere in genito quæ fuerūt in corrupto. Dicendū est etiam accidentia, quæ sunt in passo immediate & proximè efficienter attingere generationem, substantialem instrumentaliter saltē. Ratio est, quia calor. v.g. natura sua est virtus instrumentalis productiva formæ ignis; sed non repugnat accidentis operari in subiecto in quo est actione æquinocta producendo effectum diuersationis, ab illo, qualiter species intelligibilis in intellectu producit verbum mentis, & habitus sunt causa æqui-

uoca actus in eadem potentia, ergo reuera dispositiones, quæ subiectatur in materia, effectiue attingunt generationem formæ substantialis.

Quinto dubitari potest hoc loco, quod sit subiectum generationis & corruptionis substancialis de quo, i.lib.Phy. & sacerdotali diximus cū communis sententia generationē & corruptionē substantialem subiectari in materia prima, non verò in totocōposito. Ut minime bene hoc loco opinari, Banez. Ratio est, quia cū generatio substancialis formæ sit via ad formam substancialē, necessariū est illā antecedere ordine executio nis, saltē prioritate naturæ; ergo in illa prioritate naturæ debet subiectū aliquod habere, cū sit accidentis, sed ante formā nihil est in quo sit, nisi in materia prima: ergo. Id est etiam docuit Ari. 8. Phi. dicens motū subiectari in mobile quod transmutatur per illum: & hoc lib. c. 4. à perte docuit, generationē subiectari in ente impotentia, quod est materia prima, denique est communis sententia.

Sexto dubitari potest, an genera ratio, & corruptio distinguuntur realiter à materia prima. De qua re legatur, dicta. 2. Phy. d. 5. q. 11. ubi ostendimus, actionē ex natura rei distingui à subiecto in quo recipitur, immo in logi-

lögica, disp. de prædicamento in cōmuni ostēsū est omnia accidētia realiter distingui à substātia, in qua subiectūt, quia omnia depēdēt ab illa tāquam à causa, in genere cause materia lis, impossibile autē est, causam aliquā non distingui realiter à suo effe&tu: sed ex proprijs coniectari potest ad id probādum de generatione & corruptione, nā datur à parte rei materia prima ante hanc numero generatiōne & corruptionē: ergo distinguitur realiter ab illis, iuxta principiū illud sāpē à nobis repetitū: quod quāuis separatio realis vnius ab alio arguit distinctionē realē inter illa.

Septimō dubitari potest hoc loco vtrū corruptio sit naturalis, & breuiter dicendū est, generationes & corruptiones naturales esse, quāuis sint violētæ respectu formæ corruptæ, & si naturales respectu agentis q̄ naturaliter agit producēdo formā, & respectu materiæ, quia cū habeat inclinationē ad quālibet formā, naturale est illi, quālibet recipere, est etiā generatio naturalis, respectu formæ productæ, quia producit illam modo connaturali ipsi formæ, scilicet ex potentia materiæ & ex præcedentibus dispositionibus, quæ illam exigunt illamq; disponunt,

Quæst. Vitrū in generatione substantiali pereant omnia accidētia, quæ fuerunt in corrupto: & an fiat resolutio vñq; ad materiam primam.

REm hāc breuiter attigimus I. lib. Phy. disp. 5. q. 6. hoc loco latius tractandā promisi, habet hic propriā sedē, neq; est cur hic disputemus vtrū accidentia subiectūt in materia prima. Id enim ita esse, ostēdimus loco allegato, & ita hoc loco supponendum est, presenti quæstione omnes autores, qui opinantur, accidentia nō subiectūt immediatae in materia prima, sed in toto composito, cōsequenter asserunt, nō manere eadem numero accidentia in genito, ac fuerunt in corrupto: quia necessarium est accidentia corrupti corrupto subiecto, et quod in suo esse pendent ab illo, in genere cause materialis, & ita illo principio supposito impossibile est manere eadem numero accidētia in genito. Sic tenet cōmuniter Thomistæ, Capreolus in 2. d. 15. q. 1. Caietanus de ente & essentia. c. 7. q. 6. Ferrara 4. cōtra Gent. q. 16. Iabel. Banez hoc li. c. 4. sequēti quæs. & deniq; est cōmunitis sententia Thomistarū, & adducūt S. Th.

Super I. Lib. de gener. & corrup.

in 4. d. 11. q. 2. art. 1. quæstincula 3. ad 4. & tractatu de formis q. 6 opusculo, 2. dedimensionibus interminatis & hoc lib. cap. 4. quæst. 5. vbi clarius docuisse id videatur, cum enim hoc dubium proposuisset. Respondeat in substantia genita de nobo succedere alia accidentia specie similia prioribus, numero tamen diversa.

Probant secundo eandem sententiam ex Arist. hoc lib. c. 4. sequenti, vbi dixit: Generatione esse mutationem totius intotum nullo sensibili remanente: sed si manerent eadem accidentia ingenito, que fuerunt in corrupto, reuera maneret aliquod sensibile, scilicet accidentia sensibilia: ergo.

Et eodem loco ait, quod alteratio subiectatur in ente in actu, scilicet in toto composito; nam materia prima potius appellatur ens in potentia; ergo que producuntur per alterationem, debet subiectari in toto composito: ergo corruptitur ad corruptionem illius, atque adeo non manent eadem numero ingenito.

Et. c de substâria dicit, quod Corruptis primis substâtijs impossibile est aliquod aliorum remanere, ergo corrupto, v.g. ligno, quod est prima substântia impossibile est remanere aliquod accidens prius existens.

Tertio argumētatur ratione quia aliás non fieret ingeneratione substântiali resolutio usq; ad materiâ primâ, ut commune Philosoph. axiomâ docet. Patet cœquentia, quia præter materiam primâ aliquid manet in genito, quod fuit antea in corrupto.

Quarto quia sequeretur formâ substancialē productam per generationem non vñiri in mediate cum materia prima, sed potius medijs accidētibus, que adhuc remanent, & ita nō fieret ex materia & forma vnum per se, quia ibi mediant accidētia, ex substântia enim & accidētî, non potest vnum substancialiter fieri.

Quinto quia sequeretur formâ substancialē non esse actū primariū, siquidem ante illā dantur in materia prima accidentia eadem numero, que fuerunt antea. Deniq; ad hoc propositū adduci poterat argumenta omnia ad probandum, quibus autores isti probant accidentia nō subiectari in materia prima, que tamen, quia iā sunt soluta. I. Phisicor. loco allegato properea omitto.

Verum tamen pro huius rei intelligentia aduertendū est quod inter accidentia, quedam sunt communia genito & corrupto, scilicet que vñiq; cōueniūt, qualiter:

liter quantitas omnibus corporibus conuenit, ut quando ex particula aeris generatur aqua, humiditas est virtus communis, cum aer, & aqua conueniant in humiditate; alia vero sunt accidentia, non quidem communia, genito, & corrupto, sed propria virtutum; quales sunt propriæ passiones, quæ dimanant à propria forma. Certum ergo est apud omnes, accidentia, quæ non sunt virtutum communia non manere in genito, quia cum sufficienter pendeant in conservari à forma, à qua effectiue profluunt, ideo corrupta forma perirent, & cum forma adueniens sit diuersæ rationis à præexistenti, neque petat talia accidentia, ideo non manent in genito, & ideo resibilitas, & aliæ propriæ passiones hominis, non manent in cadauere. Solum ergo est dubium de accidentibus, quæ sunt communia genito, & corrupto.

In quo dicendum est, eadem accidentia, numero quæ fuerunt in corrupto, manere in genito: quæ sententia ab his, qui Arm. interpretati sunt, fuit maximè recepta: sic enim docuit, Auerr. i. lib. Phys. cūme. 6, & lib. de substant. c. 6. & hoc lib. com. 24. Albertus Mag. in hoc lib. tractat. i. cap. 2. Albertus de Saxonia, hoc lib. quest. 6. Marsi. quest. 7. Paulus Bene-

tus in sum. cap. 14. Perei. 5. lib. Phys. cap. 18. quæ sententia probari potest ex Arist. hoc lib. c. 4. sequenti, ubi dicit accidentia aliqua, quæ fuerunt in corrueto manere in genito, &c. 2. lib. de generat. cap. 4. ideo docet elementa simbola facilius transmutari, quia, quando generatur aliud elementum symbolū retinet eandem illam qualitatem, in qua elementum corruptum symbolizat cum illo: quæ berba cum maiori proprietate explicantur in nostra sententia, ut iacent, quam in contraria, in qua explicari solent, quod manent eadem, secundum speciem, non tamen secundum numerum, quæ expositio, non est ita cōsentanea, sicut nostra, præfertim cum aliunde militent, efficaces rationes, quibus, ita esse afferendum ostenditur: in eadem sententia fuit sine dubio S. Thom. quamvis locis pro contraria sententia citatis contrariam tenuerit sententia, præfertim hoc, lib. c. 4. lect. 9. ubi clarissime id docuit, tamen & Capreolus, supra allegatus, & Thomistarū princeps fatetur, re maturius considerata, mutauit sententiam, quia. 4. lib. contra Gent. cap. 81. aperte dicit post mortem hominis remanere eandem animam rationalem eandemque materiam cum eis.

Super I. lib. de gener. & corrupt.

eisdem dimensionibus manet; ergo eadē quantitas; qui locus, non potest explicari, quod manent àdem dimensiones, secūdum speciem, non tamen secūdum numerum, quia S. Thom. docet eodem modo manere eandē materiam cum eisdem dimensionibus, quia dicit, manere eandem animam rationalem, aliás valde àequiuoce loqueretur, sed manet eadem numero anima rationalis; ergo sentit manere easdem numero dimensiones in materia, &c. part. quæst. 9. articul. 3. ad. 2. dicit. quod sicut habitus opinionis causatus per syllogismum probabilem, idē manet quamvis postea adueniat scientia, ita àdem dispositiones, quæ prefuerunt in materia, manent adueniente forma substantiali: sed adueniente scientia, manet in opinione omnium idem habitus opinionis numero, vel nullus omnino manet, ergo eodem modo sentit, diuus Thom. manere easdem numero dispositiones: Tamen id aperte docuit in. 4. distinctione. 4. quæstio. 1. artic. 1. ad. 3. ubi dicit eandem quantitatē præcedentē manere in materia post corruptionem, ut forma adueniens introducatur in materia extensa ante formam; sed si ingenito esset noua quantitas orta à noua forma, esset

posterior forma, cuius contrarium docet S. Thom. ergo aper te sentit manere eandem numero quantitatē, nisi fīctijs, & violentis commentationib⁹ verum, & germanum sensum oſfuscare, vellimus.

Sed q̄ p̄cipuū est, rationib⁹ bus satis efficaciter probari potest eadē sententia. Et primo nō est parū efficax vulgaris illa ratio, quæ ab experientia desumitur, scilicet, quia videmus in cādauere mortuo, manere eundē colorem nigrū, quem homo dū viuus habuit: quia, quod authores contrarij respondent, non manere eādem numero cicatricem, vel eundem numero colorem, sed aliū de nouo similem produci in cādauere, impugnari potest. Quia, vel hic nou⁹ color, vel noua cicatrix, effectiū producit ab ipsa forma cādaueris, vel à causa vniuersali, non à forma cādaueris, quia forma tātū est causa naturalis accidentiū, quæ sūt illi cōnaturalia, & debita ad suā cōseruationē, qualiter calor oritur à forma ignis, sed cicatrix, vel niger color, impetrinenter se habent ad conseruationē cādaueris, vt patet in alio simili cādauere, quod cicatricē talem, non requirit; ergo non procedit effectiū à forma.

Et si dicas, non oriri à forma cādaueris, secundū se, sed prout

intro

introducitur in materia signata tali cicatrice. Contra est, nam cum in instanti generationis in hac sententia confideat materia prima nuda ab omni accidenti, materia illa, non magis petit hanc dispositionem, quam illam, nisi iuxta exigentiam formae generandae.

Secundò, quia si forma ex eo est causa illius, quia similis cicatrix praecessit in materia, ergo quādō in materiali ligni generatur ignis, non deberet oriī à forma ignis calor, sed frigus; quia frigus praecessit in ligno potius quam calor. Quod verò, nec productio talis cicatricis possit reduci in causam vniuersalem, pater, quia causa vniuersalis, solum operatur iuxta naturam, & exigentiam rei producit; sed ad conseruationem illius cadaueris omnino est impertinēs cicatrix; ergo non fit à causa vniuersali. Tū etiā, quia prohibito est recurrere ad vniuersalem causam, nullam partcularem causam assignando, quę determinet causā vniuersalē, est veluti ad sacra cōfigere.

Et cōfirmatur hæc ratio, quia sensus iuxta proprium sensibilem debite applicatum, non fallitur, nisi miraculum aliquod intercedat: sed visus eandem iudicat cicatricem esse: ergo non est cur dicamus falli, alias nulla

efficax ratio posset sumi ab experientia.

Secundò probatur conclusio, quia nisi afferamus easdem numero dispositiones, quę fuerunt in corrupto manere in genito in instanti generationis, esset impossibilis corruptio formæ præexistentis. Et probatur, quia nunquam dareniur dispositiones sufficiētes ad expellendam formam, & probatur, quia nunquam dantur ante instans generationis, quia toto illo tempore, non fuerunt dispositiones sufficiētes ad expellendam illam, sunt enim cōpossibiles cum illa, cum adhuc dureret, in instanti autem generationis, iam non sunt dispositiones illæ, secundum hanc sententiam, quia non manent ingenito: ergo nunquam sunt dispositiones sufficiētes ad expellendam illam formam, atque adeo impossibilis esset corruptio.

Respondet authores contrarij: dispositiones ad formā aliquam esse in duplice differētia, quædā enim sunt prævię, & sūt quę antecedunt formā genitā, aliae verò sunt concomitantes, scilicet, quę de nouo oriūtur, à forma genita, illāq; concomitantē, qualiter calor, vt ostiō oriūtur à forma ignis: dicunt, ergo qđ saltē dat depositio ultima cōcomi-

Super I. Lib. de gener. & corrup.

comittans, quæ expellat formę p̄existentem, existimant enim à forma ignis oriri calorem, vt odo, illumq; expellere, vltimate formā ligni, & ita dari dispositionē vltimā cōcomitantē. Addunt præterea ex dispositiōnibus præuijs, dari nescio quam dispositiōnem vltimam negatiue, vt ipsi loquuntur, id est, qua non requiratur alia major ad expellendam formam corrūpendam.

Hæc tamen solutio plura in voluit falsa, & quæ vix capi posseūt, & vt ab hoc vltimo incipiā, falsam omnino esse, secundum illā sententā dari aliquam dispositiōnem præuiam vltimam, etiam negatiue, scilicet qua non requiratur vlterior; nam si cum qualibet præuiā, est compossibili forma corrūpenda, aliás non esset præuiā ante corruptionē: ergo neccessaria est vltima dispositiō, vt expellatur vltima forma. Patet consequentia, quia est in sufficiens. Quod vero, nec dispositiō illa, quam ipsi appellant concomitantem ad formam geniti possit expellere formā corrupti. Patet, quia supponit illā expulsam. Et probatur, quia supponit formam iam genitam, eo quod oritur ab illa, secundum istos: sed forma genita expellit formam p̄existentem in genere causæ formalis: ergo dispositiō

tio concomittans, quæ supponit formam iam genitā, non expellit formam corruptam, sed supponit formam, quæ illam expellit.

Secundo, quia hæc dispositiō concomitans, quæ oritur à forma genita, est posterior illa, ergo non potest disponere ad formā illā generandam, alteramq; corrūpendā. Patet consequentia, quia dispositiō ad formam aliquam, neccessario debet esse prior, & antecedere illam.

Sed adhuc secūdū respondet, dispositiōne illā, quæ oritur à forma genita, esse quidē posteriorē illa in genere causæ efficiētis, quia efficiēter oritur ab illa, tamē esse priorē illa in genere causæ materialis, quia disponent, & preparat materiā ad illā, nullū est in conueniens, idē esse prius, & posterius alio, in diuerso genere causæ. Contra est, quia etiam in eodē genere causæ materialis, est idem prius, & posterius respectu eiusdē, secūdū hanc sententiam. Et probatur, quia illa dispositiō cōcomitantē subiectatur in hac sententia in toto composito, quod est substantia genita, ac per consequens subiectatur in adæquate in partib⁹ illius totius, scilicet in materia, & forma, ex quibus integratur entitas totius: ergo iam in genere causæ materialis est

est prior dispositione, quæ subiectatur in illa, & alijs, secundum istam sententiā, etiam eadē dispositio est prior illa forma in genere causæ materialis: ergo idē respectu eiusdē est prius, & posterius in eodē genere causæ.

Secundō, quia re vera accidētia, quæ oriuntur à forma genitiæ (nisi vocabulū abutamur) potius sunt dispositiones conseruatiuæ illius, quām introducituæ illius, qualiter potentiaæ vitales, quæ oriuntur ab anima sensitiva, potius disponunt ad eius conseruationem quām ad eius introductionem.

Tertiō probatur conclusio, quia agens naturale est indifferens ad producendum hāc, vel illam formam numero in materia, qualiter de se, signis plures formas numero diuersas producere potest, terminatur autē ad producendum, hanc numero formā per dispositiones, non concomitantes, quæ oriuntur à forma, ista enim iam supponunt formam productam: ergo determinari debet per dispositiones præuias: ergo necessariū est, quod illæ sint in instanti generationis, vt agens determinetur ad talē formam, atq; ad eadē, eadem numero accidentia, quæ fuerunt in corrupto, manent in genito.

Respondent ad hoc argumē

tum, accidentia præcedentia reliquisse in materia sigillationē quandam, aqua dicunt determinari materiam ad hāc numero formam, ac proinde, etiam agēs determinatur ad talem formā producendam. Tamen contra est, quia sit hēc sigillatio. Vel illa producitur ab accidentibus in instanti generationis, vel producitur ante instans generationis, & hoc etiā, non potest dici, quia ante instans illud, nondū amissit materia formam, & per inde, non amissit sigillationem, & determinationem quam de facto habet: ergo tunc non est sufficenter determinata ad alteram formam, quia nō potest simul determinari ad formas in compossibiles. Quare alij dicunt agens determinari in instanti generationis ad producendam hanc formam determinatam, non quidem per dispositiones, quæ tunc sunt, sed satis est dispositiones illas præcessisse antea in corrupto, vt materia dicatur disposita, & determinata ad talem formam.

Sed contra hanc solutionem facile potest obijci: quia hoc, quod est dispositiones præcessisse nihil reale est in instanti generationis, solum est extrinseca de nominatio orta à dispositionibus præcedentibus, ergo nihil reale positiuū assignatur

Super I. Lib. de gener. & corrupt.

In instanti generationis, quo tam agens naturale, quam materia determinantur ad hanc numerum formam.

Tandem quarta ratio conclusio à priori, ex dictis. 1. lib. Phys. petenda est, quia materia prima habet ex se, suam propriam existentiam, imo & subsistentiam: ergo est sufficiens subiectum ad subsistenda accidentia: ergo in instanti generationis, manent in illa' eadem numero accidentia, quæ fuerunt in corrupto.

Ex dictis facile intelligitur, quid sit dispositio vltima, & nō vltima, quia cum quilibet forma substantialis ad sui conservationem requirat certam aliquam qualitatem, ita ut cū minori, non possit conservari, dispositio illa, quæ totaliter expellit illam qualitatē, vltimateq; disponit ad corruptionē illius formæ, & ad generationem alterius formæ, præcessit, & permanet in genito, in instanti generationis dicit, dispositio vltima: ante verò quam ad tantam intensionem perveniret, erat dispositio in sufficiens, & non vltima; eadē tamen est, se cundum rem, dispositio vltima, & non vltima in accidentibus, quia idem calor qui disponit lignum ad corruptionem, dum extremissus, & in sufficiens ad

expellendam formam ligni, est dispositio prævia ante corruptionem, & non vltima; idem vero, quando deinde tantam habet intensionem, vt omnino appellat formam ligni, est dispositio vltima, manetq; in genito. Et hinc, secundo infertur dispositionem vltimā effettiū attingere productionē formæ, & non tantum dispositiū, quia ut supra dicebam, cum maneat in instanti generationis, optimè potest esse instrumentū generationis ad producendā formam.

Ei si obijicias, quia calor, vt octo oritur à forma ignis, ergo non potest illam causare. Respondetur, nūquam requiri calorem, vt octo ad introducendā formam ignis præviè, sed sufficit calor, vt sex, vel vt quinq; aliàs, si ad corruptendam aquā efficiat necessaria prævia dispositio caloris, vt octo, iam aliquid posset dari aquācum calore, vt octo, atq; adeo cum omni calore, quem ignis potest habere, quod est ab surdū: ergo nunquā re verā præquirit̄ calor, vt octo ad generationē: quia ergo à forma substantiali ignis genita, oriuntur reliqui gradus quovisque calor præexistens, fiat vt octo, ideo dicit̄ solet calorem, vt octo oriri à forma ignis.

Super est tamē respōdeamus ad argumenta contraræ sententię,

et, & in primis ad. Arm. respō detur, quod cum dicit in generatione, nō manere aliquod sensibile ex præexistentibus, non loquitur de accidentibus, sed de supposito substantiali, hoc enim est, quod sentit, ut quod, quia & passiones, & actiones sunt suppositorū. Erit, ergo sensus, quod in generatione substantiali nullum suppositū præexistens manet, quod verissimū est manent tamen in materia prima accidentia sensibilia. Et hæc suis se mentem, Aris. ex eo colliguntur, quia eodē loco dicit statim, alterationem fieri, manente eodem sensibili, hoc autem, nō potest intelligi de qualitate sensibili, quia potius per alteracionem corruptitur qualitas, quæ erat antea, qualiter quando corpus sit de nigro album, corrum pitur nigredo, ergo debet intelligi nomine sensibilis suppositum substantiale, quod idē manet in alteratione: Sic exponit Phyloponus. 2. de generazione, cap. 4. quæ Tolet. & alij hoc tempore sequuntur.

Quādo vero, quod difficilius est, asserit, subiectari in ente in actu alterationem, generationē vero in ente, in potentia, respō detur tamen, nos, non negare, quod accidentia subiectantur in toto composito, negamus tamen, subiectari in utraq; parte,

quia quāuis albedo, non sit in anima rationali; tamen albedo est in homine, quia est in materia prima, quæ cum sit intime in homine optimè verificat albedinē esse in homine, id est, in materia prima, & ita nos nō negamus alterationē esse in homine id est in toto cōposito quo ad alterā eius partē, quæ est in materia prima; tamē cū generatio sic prior omni forma substantiali, quæ cōstituit totum in suo esse, nullo modo subiectatur genera-
tio in toto composito.

Tandem, quando, in cap. de substantia dicitur. Corruptis primis substantijs, nihil aliorū remanere, intelligendū est de accidentibus proprijs, quæ pendent in conservari à forma, non vero de cōmunitbus accidentibus, alijs propositio falsa esset sicut in homine, quia corrupto Petro, remanet ei⁹ intellectus. & volūtas, quia manent in anima rationali, quæ in corruptibilis est: ergo simili modo, accidentia cōmunia genito, & corrupto, quæ non pendent in conservari à forma præexistenti, cōseruari possunt in materia prima, quæ in corruptibilis est.

Ad tertiam respond. axioma illud, quod in generatione substantiali sit resolutio, usque ad materiam primā, non inveniri, apud, Arm. solū enim, ait. c. 4.

Super I.lib.de gener. & corrupt.

equenti, generationē esse mutationem nullo sensibili mente: ex quo Thomistae inferunt communiter fieri prorsus resolutionem, vsq; ad materiam primam: in merito tamen, quia ut ex Phylosopho & alijs vidi- mus, illa particula Sensibile, nō significat accidentia, sed suppositum sensibile. Addo secundū principium illud verisimum esse, si sano modo intelligatur, quia quando Phylosophi asserunt, in generatione substantiāli fieri resolutionē, vsq; ad materiam primam, illa particula usque, non excludit formas accidentales, sed substanciales, ita ut sensus sit. nihil substancialē p̄r̄existens manere, p̄r̄ter materiam primam, & ita in substancialibus fieri resolutionem, usque ad materiam primam, cuius contrarium docuit Scotus, ponens formam corporeitatis coæuam materię.

Ad quartum respond. quod quamvis dispositiones, quæ fuerint in corrupto maneat in genito, tamen forma substancialis, quæ aduenit, non cedit supra dispositiones, sed immediate supra materiam primam, & ita immediate vnitur illi; solum requiritur dispositiones, ut preparant materiam ad recipiendam formam, non tamen,

ut sint aliquid interiectū inter formā, & materiam ita optimè saluatur in hac sententia ex materia, & forma substanciali fieri unum per se, quia talis forma, non cedit supra dispositiones, sed immediate supra materiam primam.

Ad quintum responder. formam substancialē, non id est appellari actum primum formale, quia ordine executionis prius in format materiam primam, quam forma accidentalis, quia in opinione omnium, prius in format materiam generationē, quæ est quedā forma accidentalis, quam forma ipsa substancialis, quia cum sit via ad tales formam, debet esse prior natura tali forma, & ita in illo priori, prius afficit materiam, quam forma substancialis, appellatur ergo forma substancialis actus primarius ordine perfectionis, quia est perfectior formis accidentib⁹. Vel secundo, respondent alij, formam substancialē appellari actū primarium, non possit, ut alij dicunt, ita ut aliquid addat supra illum, sed negatiū, id est, quod supra nullum cadit, quia forma substancialis, ut dixi, non cedit supra dispositiones, sed immediate supra materiam primā, hoc tamen minus placet, quia hoc modo qualitas pos-

posset, appellari auctus primus, quia inmediate cadit supra materiam primam secundum nostram sententiam. Et hæc satis de hac quæst.

Quæst. VI. Virūm agens naturale possit producere aliquid ex nihilo, & ita, attingere creationem.

ARISTO: eis in hoc capite impossibile censet, agens naturale producere aliquid ex nihilo, quia, cum sibi obire esset, ex eo videri impossibilem generationē simpliciter ex nō ente simpliciter, & ita ex nihilo. Respondeat, nequam fieri ex nihilo, sed potius ex non ente simpliciter in actu, ente tamen in potentia, & ita merito, hinc assumpta occasione, que runt interpres, utrūm creatura, creationē possit esse & in attingere, tanquam causa principalis. Potest autem quæstio dupli sensu intelligi. Primo, utrūm, creatura possit attingere creationem, tanquam causa principalis. Secundo, utrūm saltem, id possit, ut instrumentum. In quo adhuc duo inquirentur possunt. Primo, utrūm, possit esse instrumentum illius naturale, et proprium, vitalij loquuntur. Secundo, utrūm saltem creatura possit esse instrumentum commune, id est, de se non ma-

gis accommodatum, huic effetu, quam illi.

Circa primum conueniunt omnes, de facto, nullam creaturam attingere, vel a liquido attigisse creationem, & ita D. Damasc. 1. fidei orthodoxæ cap. 3. dicit, impiū esse dicere, creaturā aliquā, aliquid huiusmodi creasse, & simillia verba habet Aug. de fide ad Petrum, cap. 3. & Cir. 2. contra Julian. Et ratio est, quia scriptura, ubi cunq; loquitur de creatione alicuius creaturæ, illam soli Deo tribuit, & ita Genes. cap. 1. dicit, creauit Deus cœlum & terram, ubi nomine cœli, & terre, ut sancti Patres exponunt, comprahenditur quidquid creabile est in celo, & in terra. Solū ergo potest dubitari, utrūm saltem possit, attingere creationem. Tota autem huius rei difficultas in eo consistit, utrūm, ad creandum in genere cause principalis requiratur virtus finita: nam si sufficit virtus finita non repugnabit alicui creaturæ, quod possit attingere creationē, ut causa principalis.

In hac ergo difficultate. Prima sententia est. Ad creandum, non requiri virtutem infinitam, & proinde creaturam in genere cause principalis, posse attingere creationem. Tenet præcipue Durand. in 2. d. 1. quæst. 4. Gabrieles

Super I. lib. de gener. & corrup.

Tabellus, eadem d. & quest. ar.
3. Etsi illis obijcias, quod esse
Creatorem est propriū attribu-
tū Dei, quod Deo tribui solet.
Respondent verum esse, Crea-
torē ex sua intrinseca virtute,
esse propriū Dei in dependē-
ter à superiori causa; cūm hoc
tamen, posse, creaturā, esse cau-
sam principalem creationis per
virtutem supernaturalem, quæ
illi cōmunicari potest, & sem-
per dependet à Deo. Funda-
mentum autem huius senten-
tiae est, quia effe&us productus
per creationem, quid creatum,
& finitū est, ergo ad illud pro-
ducendum totaliter ex nihilo
satis erit virtus finita, sic enim
seruatur sufficiens proportio
inter effe&um & causam.

Dicendū tamen nobis est cū
communi sententiā: ad creandū
in genere causę principalis, re-
quiri virtutem infinitā, & ita
nullam creaturam adhuc per di-
uinā potentiam posse attingere
creationē in genere causae prin-
cipalis, cū quaelibet creatura fi-
nit̄, & limitat̄ virtutis sit. Sie
docuit, D. Tho. i. p. q. 45. & 5. &
sep̄ alibi, quē sui discipuli se-
quuntur. Tenet etiā Scot. cum
suis discipulis in 4. d. 1. q. 1. Hē-
ri. quod lib. 4. q. 37. & hoc loco
communiter interpr̄tes Ari-
stot. & ratio. D. Thom est, quia
ad producendum aliquem esse

etū, etiam ex aliquo subie-
cto præsupposito, requiritur
aliqua virtus; ergo ad produ-
cendū ex minori subiecto, ma-
ior virtus requiritur, & ex mi-
norī maior, ergo ad producendū
aliquid ex nullo subiecto, infi-
nitā virtus requiritur, sed vir-
tus infinitā non potest cōmu-
nari creaturæ: ergo implicat cō-
tradictionem, creaturā aliquā,
esse causam principalem crea-
tionis.

Obijcunt tamē plures con-
tra hanc rationem, quia modus
iste argumentandi non est legi-
timus, quia in simili forma ar-
gumentationis probari posset,
quod si corpus aliquod moue-
ratur in vacuo, non moueretur
in tempore, sed in instāti, cuius
contrariū ostendimus ex cōmu-
ni sententia 4. Physi. Sequella
probatur, quia potest cōfici ar-
gumentū, hoc modo. Quanto
est minor resistentia, motus fit
in minori tēpore, cōd quod ma-
ior resistentia medij, causat ma-
iore tarditatem in motu, & ita,
quo minor est resistentia, fit mo-
tus breuiori tēpore, & si sit mi-
nor resistentia, in breuiori, er-
go vbi nulla est resistentia, vt
in vacuo, fier motus in instāti:
ergo modus ille argumentādi
non videtur legitimus.

Respōdetur tamen, esse lōge
diuersam rationē, quia vt loco
citato,

citato vidimus, præter resistētia n̄ medij est alia intrinseca causa in corpore naturali, quæ causat successionem in motu locali, scilicet, habere partes extra partes inter se distantes, ratione quarum, sit, quod saltem per naturā, non possit illud corpus in instanti vnico, esse in pluribus locis, & ita, etiam ablata omni resistētia medij, est alia intrinseca resistētia, ne motus fiat in instanti, & ita ille modus argumentandi, quando non procedit à causa adēquata, non est legitimus, at vero, operari ex minori potentia subiecti adēquate, arguit maiorem virtutem actiua, & ita operari ex nullo subiecto adēquate arguit infinitam virtutem. Neque argumentum cōtrarię sententię aliquid probat. Respondeatur enim, quod ouanis ad producendum effectum finitū sufficiens sit virtus finita, quātum est ex parte effectus, tamen, quantū est ex parte modi producendi, scilicet ex nullo subiecto præsupposito, non est sufficiēs, quia operari hoc modo, arguit in finitā virtutem.

Maiorem ergo habet difficultatem secunda dubitatio scilicet. Vtrum saltem possit attinere creatura creationem, ut instrumentum, & in primis conuenient omnes, nullam esse

dabilem creaturam, quæ, ex natura sua ordinetur ad creandum, adhuc, ut instrumentum, licet non sit facile, efficacem huius rei rationem adducere; possemus tamen hoc modo conieciāri, quia potentia actiua naturalis, natura sua, ordinatur ad aliquam potentiam passiuā, quia ut habet commune axioma Philosophorum quodlibet potentia passiua naturalis debet correspōdere potentię actiua naturali; sed talis potentia passiua residet in subiecto aliquo: ergo ex natura rei, quodlibet agēs naturale, solum operatur circa subiectum præsuppositum, & ita producere ex nihilo, solum Dei est proprium.

Solum ergo est dubium, utrum saltem super naturaliter, possit aliqua creatura assumi, ut instrumentum ad creandum. Partem negatiuam tenet D. Tho. i. p. q. 45. ar. 5. & clarius, 3. p. q. 13 ar. 2. in corpore, ibi enim præcisile affirmat, humanitatē Christi, adhuc, ut instrumentū Verbi diuini, nō potuisse attinere creationē, legatē etiā secundo cōtra Gen. c. 21. & ita videat S. Th. mutasse sententiā, quam olim tenuit. in 2. d. 1. Sequuntur autē D. Th. fere omnes eius discipuli. Et probari potest hæc sententia primo, quia creatio ex producio totius entis ex nihilo.

Super I. Lib. de gener. & corrup.

& ita producit ens in quantum ens: sed nulla creatura, adhuc, vt instrumentum, potest producere ens, in quantum ens: ergo, nec potest instrumentaliter attingere creationem. Probatur antecedens, quia, si creatura, posset producere ens, in quantum ens, posset producere se ipsam, quia continetur intra latitudinem entis: imo & Deum, sed nulla creatura potest se ipsam, vel Deum producere: ergo non potest instrumentaliter attingere creationem.

Secundò, quia ad creandum, adhuc, vt instrumentum requiritur virtus infinita, quæ repugnat creaturæ. Et probatur simili ratione, qua, antea probabamus de causa principali creationis; quia, vt instrumentum aliquod producat effectum aliquem in ex subiecto, requiritur in illo virtus aliqua activa: ergo, vt producat ex minori subiecto, maiorem virtutem debet habere: ergo, vt producat ex nullo subiecto, vt in creatione, debet habere infinitam virtutem, quæ repugnat creaturæ: ergo etiam debet repugnare illi, esse instrumentum creationis.

Tertio, quia inter ens, & nihil est infinita distantia, eo quod, non est imaginabilis alia maior: ergo requiritur virtus

infinita ad producendum aliquod ex nihilo.

Quarto, quia, si creatura, possit esse instrumentum creationis, ergo, vel esset sola substantia, quæ operatur, & hoc non, quia substantia, non est immediatum principium operandi: vel est substantia, mediante aliquo accidenti: & hoc etiam, non potest, quia modus operandi, sequitur modum essendi: ergo sicut esse accidentis, est dependens à subiecto, ita operatio accidentis dependet à subiecto, ergo accidentis nihil potest producere, nisi in subiecto presupposito: ergo non potest attingere creationem.

Tandem probant, quia de ratione instrumenti est, quod habeat actionem præviā, ante effectum producendum à causa principali, qua disponatur ad effectū causæ principalis & ita necessariū est, quodd præsupponatur aliquod subiectū præviū receptivum illius præviæ actionis: sed in creatione nullū subiectū præsupponitur: ergo nulla creatura potest esse instrumentum creationis.

Dicendum tamen nobis est, per diuinam potentiam, non repugnare, a summi creaturæ aliquam, vt instrumentū ad creandum, non quidem, tanquam instrumentū propriū, natura, sua ordinata.

Minatū ad illam actionem, sed tanquam instrumentum comune, id est, quod ex se, non sit magis ordinatum ad creationem huius effectus: quam illius, ita, ut possit Deus assumere lapidem ad creandum, tam ignem, quam lignum, vel quanvis aliā rem. Quam sententiam tenet. Magister in 4. d. 5. Palatius in 2. d. 2. q. 4. tenent, & Durand. & Label. supra citatus, cum assertant, non solum ut instrumentum, sed etiam, ut causam principalem, posse, attingere creationem. Tandem id tenet doctissimus pater Suarez, 5. meth. d. 2. se & 4. Et ratio huius est, quia, virtus proportionata, & sufficiens ad actionem aliquā, non requiritur in instrumento, sed in causa principali, qualiter accidentia attingunt instrumentū taliter productionem substantiae, quanvis habeant virtutem improportionatam, & in sufficientem ad illam: ergo satis est, virtutem infinitam, quae requiritur ad creandum, reperiri in causa principali creationis, quę est Deus, non tamen debet reperiri in instrumento.

Secundō, quia in cōmuni Theologorum opinione, verba consecrationis, quę aliquod creatū sunt, esse & iūe instrumentaliter attingūt productionē substātię corporis Christi, sub specie

bus, cū tamē ex nullo subiecto presupposito producatur Christus sub speciebus: ergo similiiter non repugnabit attingere creationem, ex nullo subiecto presupposito.

Et si dicas, esse diuersam rationē, quia, quamuis, ibi fiat, corpus Christi ex nullo, tanquā ex subiecto, tamen sit ex aliquo, tāquam ex termino, scilicet, ex pane, quia panis conuertitur in corpus Christi, creatio tamen, omnino sit ex nihilo, etiam, tāquam ex subiecto, & tanquam ex termino à quo.

Tamen, cōtra est, quia terminus à quo actionis, non est causa actionis, sed solum comparatur ad illam, tanquā ad aliquod presuppositum, quia, quando producitur calor ex frigore, ridiculū est dicere, frigus esse causam calefaciēdi, cū ergo terminus à quo, non sit causa actionis, nihil iuuat ad actionē, qualiter subiectū iuuat, quia est causa saltē materialis, præstans suū concursum ad illam, ergo dum modo actio fiat ex nullo subiecto, parum facit ad propositum, quod habeat terminum à quo posituum, vel non; atq; adeo, sicut creatura, potest esse instrumentum ad transsubstantianum panem in corpus Christi, ex nullo subiecto presupposito, ita etiam ad creādū. Deniq;

Super I. lib. de gener. & corrupt.

quod in hoc nulla sit repugnatio, patet ex soluzione argumentorum contraria sententia, quia ad probandum non repugnare, satis est ostendere, qualiter repugnantiae, que in contrariis adducuntur nullae sint.

Ad argumenta in contrarium adducta respondetur. Ad primū, quod illa propositio, creatio producit ens in quaī ens, distingui potest, quia illa partitcula. In quantū, dupliciter summi potest, specificatiue, & reduplicatiue, si summatur specificatiue, facit hūc sensum, creatura producit totā hanc entitatem determinatā, ita quod nihil illius præfuerit antea, & sic est vera propositio. Si autē sumatur reduplicatiue, prout reduplicat totā rationē entis, nō solum, quæ est in hac determinata creatura, sed in omni alia, ita quod reduplicet omnē rationē entis, propositio est prorsus falsa, quia, quando Deus creat, non producit suam entitatem, nec alias entitates, quæ iam præsupponuntur productæ, alias, quando creatur anima rationalis, produceretur quod libet aliud ens.

Quod vero dicunt quidam, saltem produci quidquid producibile est, quale est, nō quod iam presupponitur producendum: absurdum est, quia anima raz-

tionalis, & infiniti Angeli, qui creari potuerunt à Deo, quādō creauit homines, non fuerunt producti.

Ad secundā respōdetur, quod quamvis illa optime probet de causa principali: tamē de causa instrumentalī nihil probat. Ratio est, quia, cum ad rationem instrumenti, non requiratur, habere virtutem proportionatā eum effectū, quin potius, operatur in virtute causæ principali: idē ad producendum effectū ex minori subiecto non requiritur major virtus in instrumento, scilicet, si in causa principali, in cuius virtute operatur, quod præsentim verū est in instrumento cōmuni, hoc enim de se, non ordinatur, nec accomodatur magis ad hūc effectū; quam ad illum, sed supra suam naturam eleuat, ad producendum talē effectū.

Ad tertium sunt qui existiment, inter ens & nihil, esse distantiam infinitam. Melius tamen S. Thom. in 4. d. 5. q. 1. artic. 3. ad 5. & Scotus in 4. d. 1. q. 1. assertunt inter ens, & nō ens, non esse distantiam infinitam, nisi quando tale ens, est infinitum ut Deus: tamen inter ens finitum, & nihil, non est distantia, nisi finita. Et ratio est, quia quod liber distat a nihilo, secundum gradus entis, quos,

quos habet, ita quod maius, & perfectius ens, magis distet anihilo, sed ens finitum solum habet finitos gradus entis: ergo finito modo distat anihilo. Et ita ad probationem in contrarium adductam respondeatur falsum esse, non esse imaginabile maiorem distantiam, quam inter ens, & nihil, si sit sermo de ente finito, nam multo maior est inter ens infinitum & nihil, quia habet infinitos gradus, & infinitam perfectionem entis, & ita infinite distat anihilo.

Ad quartum respondetur quod quanvis accidens secundum modum operandi naturalem, requirat subiectum aliquod circa quod operetur, quod probatio in contrarium adiuta: tamen quod hoc sit necessarium de potentia supernaturali Dei, non probatur, quia non repugnat aliquid eleuari ad operandum supra modum supra naturalem sibi debitum, qualiter aqua Baptismi, supra naturaliter eleuatur, ad producendum effectum super naturalem, & spirituale, scilicet gratiam.

Ad quintum vidimus 2. Phycor. disput. c. non esse de ratione instrumenti, ad hoc super naturalis, quod habeat praemium operationem ante operationem causae principalis, qualiter phantasma instrumentaliter concur-

rit ad producendam speciem intelligibilem in intellectu, cum tamen in opinione omnium, ante illam actionem nullam aliam habet actionem phantasma circa intellectum, & hoc praesertim debet, esse verum in instrumentis, quae eleuantur ad actionem super naturalem, tamen instrumenta communia, quae talia instrumenta, non ordinantur natura sua ad illum effectum, & ita non habent actionem praeuiam sibi propriam ad effectum cause principalis ordinatam, qualiter in communi Thologorum opinione verba absolutio nis, effectus producunt gratiam in anima coifentis, nullam tamen operationem praeuiam habent in illa absolutione.

Sed dubitabit aliquis tandem in hac quest. utrum, creatura possit attingere anihilationem, est autem anihilation actio destruictiva totius entis nihil penitus illius manent, ut si quando lignum corruptitur, materia etiam corrumperetur, talis actio esset anihilationis, quia tota res in nihilum redigitur.

In qua re non desunt, qui existimant creaturam, adhuc ut instrumentum, non posse attingere anihilationem, etiam per diuinam potentiam. Et fundamentum esse potest, quia impossibile est, effiectum aliquem conservari,

Super I. Lib. de gener. & corrup.

nisi dependenter à Deo, influētē in eius conseruationē: ergo nulla res potest, attingere à nihilationē, & destructionē talis effectus, nisi impedit concursus Dei conseruantis eum; durante enim influxu conseruatiuo, talis esse & adhuc cōseruat: sed impossibile est, creaturā aliquā habere virtutē, vt impedit Deum, ne influat in effēctum. (Deus enim, operatur in dependēter ab omni alio) ergo impossibile est creaturam aliquam attingere anihilationem.

In hac enim re: dico primo: creaturam naturaliter non posse, attingere anihilationem, vt causam principalem, nec vt instrumentum. Ratio est, quia sicut nullum agens naturale ordinatur ad producendum aliiquid, nisi ex subiecto, ita neque ordinatur ad corrumpendū aliiquid, nisi in subiecto: sed quando permanet subiectum, aliquius formę, potius est corruptio, quā anihilatio, quia manet aliquid illius, scilicet, subiectū, quanvis enim subiectū non sit aliquid emittatis illius formę, tamen est aliquid illius per modū subiecti, quod tollit rationem anihilationis, sicut fieri ex subiecto, tollit rationē creationis.

Dico secundū: per diuinā potentiā, posse creaturā aliquā attingere anihilationem, non

solum, vt causam instrumentat lem, sed principale etiā. Ratio est, quia non requiritur tanta virtus ad destruendum, quam ad producendum, qualiter igit, non potest producere formam substantialem equi, cū si lōge perfectior ipso igne, tamē illam potest, corrumpere per nimiam combustionem, producendo ibi suam formam. Vnde hic etiam habet locum axioma illud: *Facili⁹ est destruere, quam edificare.* Ratio à priori est, quia per destructionē, nō ponitur entitas aliqua à parte rei, sed potius tollitur, & ita nullam inuoluit implicationē, quod creatura aliqua sit causa principalis anihilationis alterius: per quod patet, esse diuersam rationē de creatione, & de anihilatione, cum ostensum sit, maiorem virtutem requiri ad producendū, quā ad destruēdū.

Neque fundamentū contrarię sententię aliquid probat, alias etiā probaret, nullā creaturā, posse, attingere corruptionē, ex eo quod nullo modo posset, impedire concursum Dei conseruatiū effectus. Quare respōdetur quod quāvis creatura, nō possit, impedire concursum Dei, ita quod, quasi renuēdo impedit, potest impedire concursum Dei ratione modificationis in operando, quia Deus operatur

ratur medijs secundis acusis, & ita desinit influere, exigēte id, aliqua secunda causa, qualiter, exigentibus dispositionibus, formam aliquam, desinit conservare præexistētē formā, & hoc modo potest dici, causam secundam impeditē cōcurrētum Dei cōseruatiū effēctus, & hæc de quæstione, & capite.

Caput. IIII. De Alteratione.

PO ST Q V A M, Arist. egit de generatione, & corruptione, quæ sunt mutationes substanciales, incipit iam agere de mutationibus accidentalibus, & in hoc, cap. agit de alteratione, cuius intentum est, ostendere differentias, quæ versantur inter generationem, & alteracionem, & duo agit. Primo distinguit generationem ab alteracione: in secunda vero parte, explicat quasdam dubitationes.

Ad primā accedentes supponit, Arist. generale esse omnmutationi, tam substanciali, quæ accidentalī versari circa subiectum aliquod, quod transmutetur ab uno termino in alterum, est tamen differentia inter generationem, & alteracionem, quod alteratio, inquit, est

transmutatio huius totius in hoc totum, eodem sensibili remanente, id est, manente eodē supposito substanciali, quod est suppositum sensibile, ut quando homo sit musicus, manet idem suppositum sensibile hominis, at vero generatio est mutatio huius totius in hoc totū, nullo sensibili manente, id est, non manente aliquo supposito substanciali præexistenti, hanc enim esse mentem, Arist. ostendimus, cap. præcedētī, quæst. 5.

Dubitat tamē, Arist. vtrū, quādo accidentia sunt cōmunia genito, & corrupto, maneāt eadē accidentia in genito, quæ fuerunt in corrupto, ut quando ex aere generatur aqua, quorum vtrumq; diaphanum est, & respondet, re verā manere eadem accidentia. v.g. eandem diaphaneitatem.

Deinde vero, duas alias differentias ponit, inter generationem, & alteracionem, & reliquos motus. Prima est, ex parte termini ad quem, quia generatio terminatur ad substancialiam, alteratio vero ad qualitatem, augmentatio ad quantitatem, latio vero, seu motus localis terminatur ad locum, quod intelligendum est, vt. 4. Phys. vidimus, tanquam ad terminū extrinsecum, quia terminus intrinsecus motus localis, potius est

Super I. Lib. de gener. & corrup.

Est præsentia localis. Secunda differentia est ex parte subiecti, quia subiectum generationis est materia, at vero in alijs motibus, subiectum est materia, aliquo alio modo, quod quæstione sequenti exponam. Et hæc de litera capitinis.

Disputatio II. Huius libri de alteratione, & inten- sione qualitatum.

In hac disputatione, quæ vti-
lis sane, & per difficilis est, ut
à nominis ethimologia incipiā
nōmen. Alteratio, duobus mo-
dis summi potest. Primo, pro
quadam mutatione, que facit
alterum, & non aliud, ratione
eius appellatur alteratio, quia
ut capite de differentia docuit
Porphi. differentia accidenta-
lis facit alterum, id est, diuer-
sum accidentaliter. Differen-
tia vero essentialis facit aliud,
id est, diuersum substantialiter.
Si loquamur de alteratio-
ne, in hæc generali acceptio-
ne, omnes mutationes acci-
dentes, possunt appellari al-
terationes, quia reddunt sub-
iectum alterum, & non aliud:
sumitur, ergo alteratio in præ-
sentia, striæ, pro mutatione il-
la accidentalis, quæ est produ-
citur alicuius qualitatis, hæc

enim, iam ex communi usu ap-
pellatur alteratio, & ita defini-
ri potest, hoc modo. Alteratio
est quidam motus productivus
qualitatis. Nec placet eorum
sententia, qui assertunt, Atm.)
definisse alterationem, esse
mutationem huius totius in
hoc rotum, sensibili aliquo
manenti, hoc enim generale
est ad omnem mutationem ac-
cidentalem.

Quest. I. Qualiter distingua- tur alteratio à generatione, & reliquis motibus.

In hac re plures differentias
ignari solent, inter genera-
tionem, & alterationem quin-
que sunt præcipue. Prima ex
parte termini ad quem. Secun-
da ex parte termini à quo. Ter-
tia ex parte subiecti. Quarta in
successione ipsius, motu. Quin-
ta tamen in latitudine, seu diui-
sibilitate ipsarum mutationum.

Primo, ergo ex parte termi-
ni ad quem, differunt generatio
& alteratio; quia terminus ad
quem alterationis, est accidens,
& similiter aliarum mutatio-
num accidentalium, ut in al-
teratione qualitas, in augmen-
tatione quantitas, & in motu
locali ubi; at vero in genera-
tione terminus ad quem, tam
formalis, quam totalis est sub-

stantia, quia terminus totalis, est totum compositum substantiale, terminus vero formalis in omnibus præter hominem, est forma substantialis, simul cum modo unius, in homine vero, quia eius forma, non fit per generationem, sed per creationem, terminus formalis est tantum modus unionis, quæ omnia, primæ, & secundæ Physicorum, disputata sunt; imo idem est, in quavis mutatione accidentalí, quia per illam, non fit forma separata à subiecto, sed in illo, & dependenter ab illo. Vrum autem forma, & modus unionis, fiant eadem actione, vel diuersis, etiam vidimus loco citato.

Secunda differentia est ex parte termini à quo, quia terminus à quo in generatione est priuatio formæ generandæ; terminus vero alterationis est qualitas contraria, quia motus alterationis tendit à contrario in contrarium: vel si qualitas, non sit à contrario, sed à priuatione sui, ut lumen; tunc terminus à quo alterationis, non est quælibet priuatio, sed priuatio, formæ accidentalis.

Tertia differentia est ex parte subiecti, quia generatio subiectatur, in materia prima, an-

te omnem formam substantiam, eo quod est via ad illam; at vero alteratio subiectatur in toto cōposito, nō quidē, quod subiectū in utraq; parte toti⁹, scilicet, tā in materia, quā in forma, quia vt vidimus. i. lib. Physicor. accidentia, tantum in hærent materiæ primæ, sed subiectantur in toto cōposito, secundum partem materialē, vt sēpissimē locis citatis dixi, & etiam infra dicam. In quo est differentia, inter generationem, & alterationem, quamois utraque subiectetur in materia prima, quia generatio cum sit via ad producendum cōpositum, & formam, non debet subiectari in toto cōposito, tamē alteratio aduenit materiæ habenti iam aliquam formam, & ita seponit formam, non tanquam subiectū, quod, sed tanquam quid præsum existens in materia, & ideo debet subiectari in toto cōposito, secundum partem materialē illius, & hoc modo exponenda sunt verba ultima, Arist. in hoc, cap. cum dicit, subiectū generationis esse materiam primam, in alijs vero motibus, materia prima aliquo alio modo, id est, materia prima, secundum, quod habet formam, quia ab illa fere omnia acciden-

Super I. lib. de gener. & corrupt.

tia demanent, & ita supponunt illam, licet non tanquam subiectum.

Quarta differētia est ex parte successionis, quia alteratio quādō procedit à contrario in contrarium, ut à frigido in calidum, est motus per se successivus, scilicet ex vi terminorum, quos per se respicit, quia contrarietas termini à quo, cū termino ad quem, causat motum esse successivum, & ita alteratio quando procedit à contrario in contrarium, est motus proprio dictus; at vero generatio substantialis nullo modo est successivus, ut patet in viuentibus, quæ producuntur in instanti, vel si est successiva tantum, per accidens est, quia materia in qua introducenda est forma generanda, successuē disponitur ad generationem, ut patet, quando disponitur lignum ad generationem ignis, ibi prius disponitur una pars quam alia, tamen proprio loquendo, nulla generatio est successiva, ut vidimus. 5. Physi. Ratio est, quia quamvis substantia ex se sit diuisibilis in partes substanciales, tamen ex se, & seclusa quantitate, illæ partes, non sunt impenetrabiles inter se, & ita, non habent partes extra partes, hoc enim est proprium quantitatis, quia tatum

illa habet partes moles, & quā titatiuas, & ita omnes partes substantiæ, non petunt produci successiuē, atq; adeō genera-
tio perse, & ex vi terminorū, inter quos versatur, non est suc-
cessiva, sed tantum per acci-
dens ratione præuiæ altera-
tionis.

Et hinc patet quinta differētia, inter generationem, & alterationem, quia generatio, quāuis habeat partes correspondentes partibus termini, scilicet, partibus substantiæ produc-
tæ, tamen non sunt partes per se successivæ; sed in instanti, esse, possunt, per se, (ut dictum est). Quod vero gene-
ratio, quantumuis sit in instanti habeat partes. Probat, quia substantia, quæ per generatio-
nē producitur, habet ex se par-
tes integrales, realiter diuer-
sas, vi vidimus. 1. lib. Physi. er-
go componitur, etiam genera-
tio ex partibus proportionatis
partibus substantiæ: Patet cō-
sequenria, quia inter actionem,
& terminum, debet esse pro-
portio in diuisibilitate.

Sacundō, quia quando cada-
uer, vel viuens producitur in
instanti, posset de potentia ab-
soluta, produci, una pars sine
alia; quia de potentia absoluta,
posset Deus formam quamlibet,
sub quauis quantitate con-
ser-

feruare: ergo generatio partialis vnius partis potest dari sine generatione partiali alterius: sed ea quæ realiter separari possunt, realiter distinguntur; ergo generatio quælibet componitur ex pluribus partibus, & ita sit in termino productio per generationem, scilicet in substantia datur partes, & indiuisibilia, ut vidimus. Phys. ita in generatione debent dari partes, & indiuisibilia correspondetia indiuisibilibus termini, continuantia partes diuisibiles generationis.

Neq; obstat, quod generatio sit instantanea, quia hoc solum tollit, quod generatio instantanea sit successiva, non tamen, quod habeat plures partes simul in illo instanti coextentes, sicut substantia habet partes, quamvis in instanti producatur tota simul, & idem est proportionali modo dicendū, in quavis alia actione productua termini diuisibilis, quantūvis fiat in instanti, ut si illuminatio esset, in instanti. Et hæc de hac questione.

Quest. II. Vtrum alteratio sit motus continuus.

TO TA huius questionis difficultas, in eo consistit, utrum alteratio duret tempo-

re aliquo, inde enim constabit, vtrū sit motus continuus, quia motum esse continuum, non est aliud, quād durare tempore continuo. Et in primis non est, questio demutationibus, alterantibus instantaneis qualiter color in instanti producit species visibiles in potentia visuua, ut dicā, secundo de anima, quæ productio, est quædā alteratio, quia species visibiles, quæ producuntur, quod à modo potentia visuua immutant, & illam alterant: loquimur, ergo de alteratione, quæ fit à contrario in contrarium, hæc enim fit successiue. Potest autem dupliciter intelligi, alterationem esse continuam, scilicet, quo ad intensionem, ita quod motu continuo intendatur, & etiam quo ad extensionem per subiectum, ita quod continuo per illud extendatur.

Quo supposito, prima sententiā affirmat, alterationem, non esse motum continuum, tam quo ad intensionem, quād quo ad extensionem, sed fieri in instanti per minima, ita quod in instanti producat agens quandam partem intensionis minimam, & deinde tempore aliquo quiescat, quousq; in altero instanti producat alteram partem minimam intensionis, & sic de reliquis.

Super I. lib. de gener. & corrup.

Alij vero docent, alteratio-
nē fieri hoc modo per minima,
quo ad extēnsionē, ita qđ agens
in instanti alteret quādam par-
tem minimam subiecti, & sic
de reliquo instantibus, & ita
nunquam sit motu continuo.

Alij virunq; docent, scilicet,
neq; fieri continuē quoad ex-
tēnsionem, neq; quoad intēnsio-
nē: quam sententiā sequuntur
plures ex Thomistis. Capre. in.
2.d.17.q.2. Sone.8. Met. q.22.
Iauell. & Ferr. 3. Metap. tex. 3.
Auerr. 2. Phys. comm. 6. Et pro-
bāt suam sententiā ex, Aris.8.
Phys. tex. 23 Vbi dicit, quod as-
serere, aliquod continuo alterari
est valde manifestis aduersari. Et
ratione videtur probari posse.
Primo, quia quando agens ali-
quod operatur cum resistēntia
contrarij, nō potest, operari in
instanti, eo quod, necessariom
est, resistētiā illam paulatim
vinci: ergo quādo aliquod sub-
iectum alteratur, à contrario,
in contrarium, in quolibet in-
stanti assignabili, agens nihil
opera: ergo tunc, datur quies:
sed in quolibet tempore aſig-
nabili, dantur infinita instātia:
ergo per nullum tempus, po-
test, continuari alteratio.

Secundō, quia si alteratio cō-
tinuatur tēpore aliquo, sequit-
ur in fine illius temporis, dari
infinitum calorē productum:

probatur, quia in singulis par-
tibus illius temporis produc-
tur aliqua noua pars caloris;
sed in tempore dantur infini-
tæ partes: ergo in fine illius tē-
poris daretur infinitus calor
productus.

Dicendū rāmen est, altera-
tionem esse motum proprię di-
&um, & continuū, tam quo ad
intēnsionem, quam quo ad ex-
tēnsionē, non quidem, conti-
nuum, ita quod in toto vitē tē-
pore duret, quia lignum, non
semper calefit. Sed ita conti-
nuum, quod non fiat in instan-
ti, sed potiū duret tēpore ali-
quo. Quam conclusionem, tan-
quam certam tenent fere om-
nes authores in hoc, cap. &c. 5.
Phys. num. 10. vbi Aris. tres tan-
tum enumerat motus, scilicet
augmentationē, alterationē, &
motum localem: ergo loquitur
de motibus cōtinuis, & succes-
siuis per se loquendo, quia si
de quauis mutatione, etiā in-
stātia, loqueretur, etiam mo-
tus ad substantiam esse connu-
merandus, idq; sāpē sāpius do-
cet. 6. Phis. agens de diuisibili-
tate motus.

Sed ratione potest facile ostē-
di: & primo, quod alteratio sit
motus continuus, quo ad intē-
nsionē. Probatur, quia quando
subiectum sit ex frigido cali-
dum, producitur calor cum re-
ſisten-

fistentia contrarij: ergo nō potest produci per instantia, sed tempore diuisibili, vt successiū vīneatur resistentia.

Secūdō, quia motus localis, in opinione omnium cōtinuus est, cui^o nulla alia ratio est, nisi quia partes quantitatis sunt ex natura rei in cōpossibiles in eo dē loco, & idē opus est, quod successiū succedat vna post aliām: sed eodem modo qualitates cōtrariæ, sunt ex natura rei incompossibiles, in eodē subiecto: ergo necessariū est, quod paulatim vna expellatur, & alia succeda; ergo alteratio est motus continuus.

Quod vero alteratio sit motus continuus quo ad extēsionem subiecti probat, quia aliās daretur agens naturale debite applicatum passo, & non ageret in illud, quod est impossibile, quia agentia naturalia agūt, eo ipso, quod possunt. Sequella probatur, quia si transactio hoc instanti, in quo est agens applicatum passo, vel in tempore sequenti agit, vel non agit; si agit: ergo iam alteratio est in aliquo tēpore continuo; si non agit: ergo datur, tēpore aliquo, agens naturale applicatum passo, quin agat in illud.

Respođent contrarij, quod quamvis in illo tempore, non daret alteratio, tamen adhuc

agens agit disponendo pas- sum, vt deinde in instanti se- quenti recipiat qualitatem pro- ducendam per alterationē. Ta- mē contra est, quia non omnis qualitas requirit aliam, primā qualitatem praeuiam, quæ dis- ponat ad illā, quia saltē, primæ qualitates, vt calor, & frigus non prærequirunt aliam præ- uiā qualitatem disponentem ad illas, aliās, daretur proces- sus in infinitum; ergo cum pro- duceatur calor, & aliæ, primæ qualitates: non habet locū hæc solutio. Secundo, quia si tem- pore illo disponitur subiectū, talis actio, qua disponitur est alteratio quædā, nihil enim po- test tunc produci, nisi qualitas disponēs: ergo iam alteratio ali- qua est continua, atq; idem erit de quavis alia actione altera- tiua, quę fit inter terminos con- trarios.

Restat tamē hoc loco satis dif- facilis dubitatio. Vtrū nō solū qualitas, sed indiuisibilia quali- tatis producantur motū conti- nuo, & successivo. Videſ enim indiuisibile, nō posse produci motū cōtinuo, & successivo, quia indiuisibilia, nō habēt par- tes, quæ successiū producant.

Vt tamen rem hanc à suis principijs exordiamur, nō nul- la ex his quæ diximus, sexto Physicorū, supponenda sunt.

Super I. Lib. de gener. & corrup:

Primum, ergo supponendum est qualitatem duplē habere diuisibilitatem, scilicet, & quo ad intensionem, & quo ad extē sionem, & ita habere partes intensionis, quæ sunt partes gra duales, & etiam partes exten sionis proprias, & sibi inirinse cas, extensas, tamen ad exten sionem subiecti.

Secundū supponendum est in qualitate esse duo genera indiuisibilium, quia & sunt indiuisibilia intensionis, scilicet, quæ terminant, & con tinuant partes intēsionis, quia cum gradus qualitatis inter se quoad intensionem conti nentur, necessarium est den tur in qualitate indiuisibilia cōtinuatiua, & terminatiua partium intensionis. Nec enim dici potest, qualitatem hoc modo esse continuam, ratio ne indiuisibilium quantitatis, quia indiuisibilia quantitatis sunt indiuisibilia continuatiua extensionis: ergo non pos sunt esse continuatiua inten sionis, quæ est latitudo diuer se rationis à latitudine extēsio nis, ac percoquēs postulat cōtinuatiua diuersa rationis, sed quia intensio qualitatis est ex tensa per subiectum, qualiter calor, vt octo, est extensus per ignem, ideo etiam dantur in qualitate indiuisibilia exten

sionis, intensionis, scilicet, eō n tinuatiua, & terminatiua par tium extensionis intensionis.

Tertius supponendum est, quod quamvis indiuisibilia intensionis, sint indiuisibilia quo ad intensionem; tamen quoad extensionem diuisibilia sunt, & ita subiectant in parte qua ta, & diuisibili, vt latē ostenditum est loco citato. Et breui ter nunc ratio est, quia inten sio qualitatis est in subiecto diuisibili; sed non potest talis intensio esse intrinsece conti nua quo ad intensionem per in diuisibilia continuatiua, quæ sunt in alio subiecto, ergo ne cessarium est talia indiuisibilia intēsionis, subiectari in par te diuisibili, in qua est ipsa inten sio.

Et confirmatur, quia im possibile est calorem, vt octo esse extensem per subiectum, nisi illud indiuisibile terminatiuum, quo sit, vt octo, esset etiam extensem. Et ratio à priori est, quia non repugnat, rem indiuisibilem vno modo, alio modo esse diuisibilem, sicut linea est indiuisibilis quo ad latitudinem; tamen quo ad longitudinem diuisibilis est.

Hinc vterius fit, cum indiuisibilia intensionis, cum saltem quo ad extensionē diuisibilia

sint, habeant partes extēsionis, & indiuisibilia continuatiua, & terminatiua extensionis illius indiuisibilis intensionis. Similiter indiuisibilia extēsionis qualitatis, quæ subiectantur in indiuisibilibus extēsionis quantitatis, quo ad intēsionem diuīsibilia sunt: qualiter quanto albedo est magis intensa, habet punctalineas, & super ficies magis intensas, quā alia albedo remissa, & ita indiuisibilia extensionis qualitatis, cum sint diuīsibilia quo ad intēsionē, habēt suas partes intēsionis, & indiuisibilia, terminatiua, & continuatiua taliū partium intēsionis.

Vltimo supponendum est, indiuisibilia qualitatum contrariarū cōtraria esse, sicut qualitates ipsæ contrariæ sunt. Ratio est, quia indiuisibilia extēsionis qualitatis, v.g. caloris & frigoris, habent suam diuīsibilitatem quo ad intēsionē: ergo sicut calor & frigus in gradibus intensis contrariantur, ita etiam in diuīsibilia in gradibus intensis, quæ omnia latius videri possunt. 6. Physic. disp. 1. q. 2. & 3.

His suppositis: dico primo, quodd in qualitatibus, quæ producuntur in instāti, quales sunt species sensibiles, etiam in diuīsibilia producūtur in instanti.

Ratio est facilis, quia tales qualitates in suo esse integrantur ex suis partibus, & ex indiuisibilibus illarū partium: ergo & cum qualitas in instanti producitur, necessarium, est eius in diuīsibilia producantur in instanti.

Dico secundo, quando qualitas aliqua producitur successiue à contrario in contrarium, vt quando producitur calor ex frigore tanquam ex termino à quo, tunc etiam quodlibet in diuīsibile qualitatis producitur motu successivo, & continuo. Pro qua sentētia pauci ex autoribus citari possunt, ed quodd difficultas hæc à nemine disputatur: possumus tamen efficiaci ratione illam probare, quia hūius modi in diuīsibilia habent partes, vt vidimus, & habent inter se omniā modam contrarietatem: ergo producuntur motu continuo & successivo, quia non alia ratione, ipsæ qualitates contrariæ successiue producuntur, nisi quia habent latitudinem partium, & contrarie ratem inter se.

Et si obijcias, quia in quolibet motu continuo, dantur sua in diuīsibilia continuatiua partium diuīsibiliū motus, sicut in alio quolibet continuo, dantur sua continuatiua, huius modi autē indiuisibilia motus, sunt mu-

Super I. Lib. de gener. & corrup.

rationes quedam in diuisibiles, & instantaneæ, vt vidimus. 3. Physic. disp. i. ergo in motu alterationis necessariū est, assignare mutationes aliquas indiuisi biles, & instantaneas cōtinua tiuas partiū diuisibiliū motus, quæ mutationes debent producere aliquem terminū indiuisibilem, quia sunt mutationes in diuisibiles, & instantaneæ; ergo indiuisibilia qualitatis nō pos sunt produci motu successivo. Respondetur, in qualitate dari indiuisibilia prorsus indiuisibilia, & ita produci per mutationes prorsus indiuisibiles, & instantaneas motus.

Pro quo aduertendum est, quod indiuisibile intensionis, quo ad intensionē indiuisibile est, & diuisibile quo ad extensionem, quia componitur ex partibus diuisibilibus quo ad extensionem, ac proinde ex in diuisibilibus extensionis illius indiuisibilis, & ita hæc indiuisibilia, quæ continuant extensionem indiuisibilis intensionis, sunt prorsus indiuisibilia, tam quo ad intensionem, quam quo ad extensionem.

Quod sint indiuisibilia quo ad intensionem probatur, quia si essent diuisibilia quo ad intensionem, indiuisibile intensionis, quod ex illis integratur, iam haberet aliquam intensionem

ratione suorum indiuisibiliū, & ita non esset indiuisibile quo ad intensionē. Quod vero sint etiam indiuisibilia quo ad extensionem probatur, quia continuant extensionem indiuisibilis intensionis: ergo sunt indiuisibilia etiam quo ad exten sionē, sicut quia linea continuat partes superficie, quo ad latitudinem, quia est indiuisibilis quo ad latitudinem: ergo reue ra dicendū est indiuisibilia extensionis, ex quibus integratur indiuisibile intensionis, esse prorsus indiuisibilia, tam quo ad intensionem, quam quo ad extensionem, & ita debent produci permutationes prorsus in diuisibiles, & instantaneas.

Idem est suo modo de indiuisibilibus intensionis, ex quibus integratur indiuisibile extensionis qualitatis, quia indiuisibilia extensionis qualitatis sunt diuisibilia quo ad intensionem, vt vidimus, & ita debent habere sua indiuisibilia continuativa illius intensionis, ac proinde, ista indiuisibilia, quæ continuant intensionem indiuisibilis extensionis, debent esse indiuisibilia quo ad intensionem, semper enim indiuisibile caret ea latitudine, quam continuat, & ita indiuisibilia intensionis, necessario debet esse, indiuisibilia quo ad inten-

intensionē: sed indiuisibilia in diuisibilis extensionis, etiam necessario sūt indiuisibilia quo ad extensionem, quia integrant rem quandam indiuisibilem quo ad extensionē: ergo necessarium est, quod indiuisibilia intensionis, ex quibus componitur indiuisibile extensionis ipsius qualitatis, sint prorsus in diuisibilia, & ita producantur mutationibus instantaneis, & indiuisibilibus. Vnde patet, quibus indiuisibilibus correspondeat mutationes indiuisibles, & instantaneę motū alterationis.

Potest autem hæc tota doctrina exemplo explicari, quia sicut in quantitate superficies continuatur lineis & linea pūctis omnino indiuisibilibus, ita non mirū est quod qualitas cōponatur ex indiuisibilibus tā extensionis, quām intensionis, quæ rursus integrātur ex alijs indiuisibilibus, quē sunt prorsus indiuisibilia.

Super est tamen respondeamus ad argumenta supra adducta, eorum, qui existimabant, augmentationem, & alterationem, non esse motus cōtinuos.

Ad Arist. respon, illum non intendere illos non durare aliquo tempore continuo, sed solum intendere, non esse motus cōtinuos, id est, perpetuos: disputat enim eo loco cōtra Era-

clitū afferentē, omnia semper moueri, & ita aduersus illum probat, alterationem & augmentationem, non esse motus continuos, id est, perpetuos.

Ad secundā rationē respondetur, verum esse, quod agens, quod passum alterat motu procedente à contrario in cōtrariū in singulis instantibus, nō producere aliquid diuisibile qualitatis, tamen in singulis instantibus producuntur illa indiuisibilia, de quibus nunc agimus, quæ cum prorsus indiuisibilia sint, debent produci mutationibus instantaneis, & in diuisibilibus, quibus cōtinuātur partes diuisibiles motus, correspondētes partibus diuisibilibus termini, & ita optimè saluat, alterationē esse motū cōtinuum.

Ad tertium solum probare, in fine illius temporis, quo dūrat alteratio dari productā qualitatē infinitā, secundūm partes proportionales, quia sicut ipsum tempus, quo mensuratur alteratio, solum est infinitum secūdum quid, scilicet secundūm partes proportionales, non tamen secundūm aliquotas, ita absolute, talis qualitas finita est.

Possit tamen hoc loco dubitari, utrum, alteratio habeat minimū: quē difficultas expedienda est iuxta opinionē, quā quis tenuerit circa minimum qua-

Super I. lib. de gener. & corrupt.

qualitatū, qui enim existimāt, qualitates habere minimum, consequenter tenentur fateridari minimam alterationem, qua non possit esse minor. Qui verò tenuerint in qualitatibus secundūm se p̄cissē consideratis, & non quatenus sunt dispositions conservatiuē subiecti, nullum dari minimum, tam intensionis, quam extensionis, quod probabilius esse dixim⁹: I. Physic. disput. 3. consequēter dicendum est, non dari minimam alterationem, sed sicut qualitas est diuisibilis in infinitum in partes minores, & minores proportionales, ita & alteratio, & ita nō dari minimā alterationem.

Quæst. III. Quid sit intensio qualitatis, & quare ratione distinguitur ab alteratione.

TRIA in hac quæst. videnda sunt. Primum, utrum alteratio distinguitur specie ab intensione. Secundum, utrum, distinguatur realiter ab illa. Tertium, utrum, remissio sit motus positivus, & propriè diutius, & quomodo distinguitur ab alteratione. Et videtur, quod saltem distinguntur essentialiter, quia motus distinguntur per terminos ad quos,

& à quibus, sed alteratio, & intensio habent saltem diuersos terminos à quibus, quia alteratio tendit à contrario in contrarium, intensio verò à minori gradu ad maiorem eiusdem qualitatis, non verò à cōtrario in contrarium, ergo distinguntur essentialiter.

Dicendum tamen est, alterationem, & intensione, non esse motus essentialiter diuersos. Probatur quia habent terminos ad quos, & à quibus eiusdem speciei: ergo & ipsi motus non distinguntur specie. Probatur antecedens, quia imprimis habent eosdem terminos ad quos, quia alteratio produceat calorem de nouo, intensio verò producit nouam partem caloris, priori super additam, scilicet gradum nouum: sed totus calor, & pars caloris, non distinguntur essentialiter, nisi tantum secundum magis, & minus, ad modum quo pars quantitatis, & tota quantitas non distinguntur specie, ergo. Quod verò habeant terminos à quibus eiusdem speciei. Probatur, quia alteratio, qua aliquid incipit de frigido fieri calidum, prouenit à totali contrario, prout causat priuationem totius caloris: intensio vero tendit à partiali contrario, prout causat priuationem majoris

loris caloris producendi, ideo enim subiectum, non habet calorem de novo productum per intensionem, quia habet gradus frigoris incompositiles cum illo: ergo sicut calor maior, & minor non distinguntur specie ita nec priuationes totius caloris, vel partis caloris causatae à contrario non distinguuntur specie, atq; adeò alteratio, & intensio, etiam habent terminos à quibus eiusdem speciei. Per quod patet solutio ad ratio nē dubij, falsum enim est, quod intensio non procedat à contrario, prout causat priuationē caloris noui producendi per intensionem.

Addo præterea, cum hoc optime stare, quod intensio procedat à minori ad maius, quia minus ibi non sumitur pro relatione minoritatis, sed prout dicit priuationem maioris caloris producendi per intensionē. Et quod hoc ita sit dicendum. Probatur, quia nomine minoris qualitatis, tria tantum possunt significari. Primo, ipsa qualitas, quę denominatur minor, & hæc præcisus sumpta nō est terminus à quo intensionis, quia in omni mutatione, adueniente termino ad quę, debet expelli terminus à quo formalis, et quod terminus aquo, & ad quę, sunt incompositiles, sed quā-

do aduenit maior qualitas producta per intensionem, nulla qualitas, nec aliquis gradus præexistens expellitur, sed potius, supra gradus præexistētes, aliis de novo additor; ergo minor qualitas præcise, non est terminus aquo intensionis, in ratione qualitatis.

Quod vero terminus à quo sit minor qualitas, prout, dicit priuationē non vero relationē minoritatis. Probatur, quia major qualitas, est terminus ad quę intensionis, non prout dicit relationem maioritatis, quia ad relationem, non datur per se motus: ergo neq; est terminus à quo, prout dicit relationem minoritatis: restat ergo, terminum à quo intensionis, esse minorem qualitatem, prout dicit negationem maioris qualitatis producendę per intensionē: unde, sicut alteratio, vtr vidimus s. Physic. quando procedit à contrario in contrarium. v. g. à frigido, in calidum, non habet duos terminos à quibus contrarios, scilicet, frigus & priuationem caloris, quia ipsum frigus inuoluit priuationem caloris producendi, & ita idem motus tendit à frigido in calidū, & à non calido in calidum, ita etiam in intensione, est tendentia à contraria qualitate, prout in uoluit priuationem maioris

Super I. Lib. de gener. & corrup.

qualitatis producendæ per intensionem, ita quod non sint duo termini à quibus diuersi.

Ex quo patet solutio ad aliam dubitationē, quæ hoc loco disputari solet, scilicet, utrum intensione sit motus propriæ dictus, & dicendum est, non omnem intensionem esse motum propriæ dictum, ut patet, de intentione luminis. Ratio est, quia ad rationē motus propriæ dicti requiritur, quod sit per se successius, & non per accidens, hac enim ratione, nutritio, non est motus propriæ dictus, quia solū est successiva per accidens, scilicet ratione prœmixte alterationis, quia materia alimenti pa latim disponitur ad nutritiōnem: sed intensione luminis, non est motus per se successius, quia cum lumine producatur absque resistentia contrarij, instanti posset intendi, solū intenditur successiue per accidens, quia luminosum, scilicet, magis, ac magis applicatur successiue partibus medij, & ita magis, ac magis intenditur lumen in illis: ergo intensione qualitatis non semper est motus propriæ dictus.

Dico tamen secundo. Tunc intensionem esse motum propriæ dictum, quando tendit à contrario causante priuationē maioris qualitatis producendæ

per intensionem, qualiter frigus, ut quatuor, causat priuationem caloris, ut quinq; producendi per intensionem. Ratio est, quia tunc est motus successius per se, scilicet ex vi terminorum quos per se respicit, quia tendit à contrario, prout causat priuationem maioris qualitatis contrariae, quæ producitur per intensionem: ergo est motus per se successius, atq; aed propriæ dictus.

Circa secundum, scilicet utrum alteratio, & intensione sine motus realiter diuersi. Dico primo: non semper intensione est motus realiter diuersus ab alteratione, quia potius, quandoincipit qualitas produci, eodem motu, quo producitur intensione. Ratio est facilis, quia non est dabilis calor, quin sit aliquatenus intensus in parua, vel magna intensione: ergo nulla est calefactio, quæ non sit intensione.

Et explicatur hæc ratio, quia cum calor sit diuisibilis in infinitum in partes minores, & minores, nunquam damus partem, quæ non sit ulterius diuisibilis: ergo nulla est dabilis alteratio, quæ non habeat rationem intensionis, cum hoc tamen semper distinguitur saltem accidentaliter ab intensione, quia eadem actio, in quantum de nouo producit calorē,

præcedente totali priuatione illius, appellatur alteratio : eadem vero, in quantum semper illum producit à minori ad maius, est intensio.

Dico tamen secundo, aliquādo intensionem esse actionem realiter diuersam ab alteratione, scilicet quando post producētam iam qualitatem, iterū noua actione intenditur magis, ut si postquā, agens aliquid, produxit calorem in ligno, deinde accedat ignis, & illum magis intendat, tunc talis intensio est actio realiter diuersa ab alteratione. Ratio est, quia habet terminum realiter diuersum à priori actione : ergo est actio realiter diuersa ab illa. Antecedens patebit infra : ostendemus enim, gradus qualitatis distinguere realiter inter se, quia priori realiter dantur sine posterioribus, ut patet in calore remissio : ergo intensio producētua posteriorum graduū præsupponit primos productos per aliam priorem actionem, nam fieri potest, calorem eadē actione continua produci à primo, vñq; ad octauū gradū, quia omnes gradus efficiunt vnum, & eundem calorem continuū, & ita possunt vnlca continua actione successiue produci ab eodē à gente: quę actio in quā incipit de novo producere

lorē, appellat alteratio, in quaestū verò semper intenditur à minori ad maius, est intensio.

Circa tertium, virū, remissio sit motus positiuus, & distinctus ab alteratione, & intentione, est quorundam sententia satis in scholis recepta, cuius autor est Durand. in. I. d. 17. q. 7. num. 2. remissionem esse motum posituum, & proprie dictum; existimat enim, terminum ad quem remissionis, nō solū esse priuationē maioris caloris præexistentis, sed esse aliquid positiuū, scilicet, qualitatem, prout minorē, qua ratione, dicunt, cōstitui in ratione minoris, gradum quendam posituum, qui dicunt esse terminum ad quem remissionis, hęc tamen sententia falsa est, & omnino in intelligibili.

Quare dicendū est, remissio nē nō esse motū positiuū, atq; adeo neque motū proprie dictū, sed potius esse actionē quādam negatiuā, cuius terminus ad quem est tantū priuatio majoris caloris, qui antea præexistebat, quod non obscurè videtur in dicasse Arist. c. de augmentatione, vbi insimili de diminutione, ait, quod augmētatio fit aliquo accēdente, vñminutio verò aliquo recedēte: vbi reuera intelligit per diminutionem, non ponit aliquid, sicut

Super I. lib. de gener. & corrupt.

per augmentationem, sed potius tolli. Et ratio est, quia quando calor totaliter desinit, illa actio est corruptio totalis caloris, quia quando simul cum corruptione caloris sit adiuncta alia actio positiva, quae est produc-
tio frigoris, tamen desitio ipsius caloris formaliter fit per actionem corruptiuam: ergo simili-
ter, quando calor per remis-
sionem partium desinit, & secundum aliquos gradus, talis actio debet esse corruptio, non vero actio positiva terminata
ad aliquam entitatem Phisicam.

Secundo, quia calor ut quinq; per solam detractionem aliquorum graduum sufficientissime fit minor quam antea, quia ha-
bet minus quam antea; ergo per solam detractionem remittitur absq; productione alicuius modi positivi. Dicendum ergo est terminum ad quem remissionis esse minorem qualita-
tem, prout formaliter dicit car-
entiam maioris, ad quam carentiam sequitur relatio minoritatis, &
ita remissionem esse, quandam corruptionem partialem.

Sed contra hoc obiectum, quia omnis negatio, vel carentiam fun-
datur in aliquo positivo: ergo debet dari aliquis modus positi-
vius, in quo fundetur illa car-
entia maioris qualitatis, atque adeo modus ille positivus erit prima-

rius terminus. Respondetur tamen, carentia presupponere saltem entitatem positivam subiecti in quo sit, quia priuatio praesupponit subiectum: aliud tamen modum positiuum fingere in quo oriatur, chimericum valde est, quia in corruptione luminis priuatio illius causata per talē corruptionē, solū fundatur supra entitatē positivā subiecti, in quo per corruptionē induci tur talis priuatio luminis, nihil enim de novo producit, quando corrumpitur lumen, in quo intellegimus priuationem luminis.

Addo præterea, quod quando remissio alicuius qualitatis causa tur ex intensione qualitatis contrariae, qualiter frigus remittitur, quando calor intenditur, tunc pri uatio illa oritur ex intensione contrariæ qualitatis, quia cum unum contrarium sit causa formalis expulsionis alterius, corruptio partialis unius oritur expositua in tensione alterius, tamē quia non semper remissio unius qualitatis, oritur ex intensione contrariæ qualitatis, quia quando lumen remittitur, nulla qualitas introducitur, eo quod non habet contrariam qualitatem, ideo dixi priuationem illam productam per remissionem, sufficienter fundari supra entitatem possitivam ipsius subiecti, in quo per ablationem alicuius gra-
duis

dus præexistentis induciur priuatio illa qualitatis maioris præexistentis.

Dico secundò, remissionē esse actionem realiter distinctā ab alteratione, & intensione, sicut distinctione negatiua, ad modum quo supra dicebā, generationem, & corruptiōnē distingui realiter negatiū, quia potest dari remissio sine alteratione, & intensione eiusdem qualitatis, ergo distinguuntur realiter ab illis. Probatur antecedens, quia post quam calor productus est, per alterationem, & per intensionem peruenit, vsq; ad octo gradus, deinde ab agenti aliquo potest paulatim remitti: sed tunc, quando durat remissio neq; est intensione caloris, neq; productio illius, sed præcesserunt antea, sicut quandiu durat alteratio, & intensione, non dabit remissio, nec tūc erat, quia non potest eadem qualitas simul intendi, & remitti: ergo datur remissio alicuius qualitatis sine alteratione, & intensione illius, atq; adeo remissio est actio realiter distincta ab alteratione, & intensione eiusdem qualitatis. Et hæc.

de hæc quæstione.

(?)

Quæst. IIII. V. per additionem gradus ad gradum fiat intentio qualitatis.

HAC in re supponendum est so'm qualitatem, & alterationem ad illam terminatam, & relationes aliquas supra illam fundatas, recipere intentionem, secundum partes graduales, non verò rem aliquam alterius prædicamenti. Et in primis de substātia, quod non possit intendi, & remitti, est communis sentētia, qua docet, D. Tho. 12. 5. quæst. 51. art. 1. quia vna aqua, non est magis aqua quam alia, nec vna materia quam alia, quamvis sit maior extēsiue. Et ut plures alias rationes omittam, ad rem hæc probandā minus efficaces. Breuiter hac ratione probat, quia formam aliquam intendi, est acquirere plures partes graduales, in eadem parte subiecti, ita quod plures formæ correspondant eidē parti subiecti: tunc enim calor intenditur, quando acquirit plures gradus in eadē parte subiecti, sicut autem plures formæ totales substantiales, non possunt esse, in eadem parte materiæ, habent enim omnes formæ substantiales intersé naturalem repugnationem, ergo formæ substantiales.

112

Super I. Lib. de gener. & corrup:

tales, non possunt, intendi in subiecto.

De qualitate, etiam est facilis: ratio quia natura quantitatis, est habere partes extra partes, & non partes intra partes; qualiter requiruntur ad intensiōne n, & eadem ratio est de figura, & Vbi, quae etiam habet partes extra partes: Et idem est de Quādo, quia duratio, etiam habet partes extra partes successione, & duratione: de Situ patet, ac tādem de Relatione. Probat, quia una paternitas, nō est magis paternitas quam alia: Addo tamen, relationem posse recipere magis, & minus intensiue, quia cum relatio proportionetur cum fundamento, sicut qualitates in quibus fundatur relatio similitudinis, possunt, recipere magis, & minus intensiue; ita etiam similitudo intensiue potest esse maior, & minor. Et ita patet, solam qualitatem, & alterationem ad illam, terminatam, & relationes in illa fundatas, esse intangibles, & remissibiles. Restat autem examinare, quomodo fiat huiusmodi intensio, & remissio in qualitatibus, quia de alijs quid simile erit dicendum;

De hac ergo re, varijs sunt Phylosphorum placita. Prima sententia sicut asserentiū, in intensiōne. v.g. quando calor in-

tenditur, totum calorem p̄ existentem corrumpi, & aliud de nouo, p̄existenti perfaciorem produci. Similiter in remissione corrumpit totā qualitatem p̄existente, & de nouo produci aliam imperficiorem. Tenet Duran. in distin. 17. num. 25. Niphus. 5. Physi. in fine.

Probat autem Duran, suam sententiam, quia sicut motus localis ad ubi, scilicet, p̄sentiam localem se habet: ita alteratio, seu intensio ad qualitatem, sed per motum localem continuo variantur p̄sentiae locales, & dum noua p̄sentia, acquiritur, alia p̄existens corrumpitur: ergo similiter in motu alterationis, seu intensiōnis, non est eadem qualitas, sed semper alia, & alia.

Secundo, quia in omni mutatione, terminus à quo, expellitur adueniente termino ad quem; sed in motu intensiōnis terminus à quo est qualitas remissa, eo quod, intensio procedit à remissione, ergo adueniente qualitate intensa, quae est terminus ad quem intensiōnis, debet corrumpi qualitas remissa, quae erat prius.

Tandem, quia ex, Aristot. Physic. in quavis mutatione solum manet subiectum communē utriq; termino: ergo in in-

tensione, non manet qualitas præexistens, quæ erat terminus à quo, sed solum manet subiectum illius.

Hæc tamen sententia, merito iam hoc tempore ab omnibus rejicitur. Et probatur, quia in primis, non corrūpitur qualitas præexistēs, nec alia de novo generatur, quia tribus tantum modis, potest qualitas aliqua corrumpi: à contrario, & ex defectu subiecti à quo pendet, & ex defectu conseruātis, qualiter lumen corrumpitur per ab sentiam solis, quia non habet contrariam qualitatem, à qua corrumpatur: sed ex nullo istorum potest corrumpi, quando intenditur qualitas aliqua: ergo non corrūpitur. Probatur antecedens, quia in primis, non corrumpitur à contrario, quia contingere potest, quod non habeat contrariū, vt quando lumen intenditur.

Secundō, quia quamuis habeat contrarium, agens, quod habet virtutem, vt in præsentia contrarij intendatur qualitas, multo melius habebit virtutē ad conseruandam præexistētē, ne corrumpatur, quia qualitas præexistens minus perfecta est, quam illa, quæ per intensiōnem producitur iuxta hanc sententiam: ergo si habet virtutē ad producendum im præsentia

contrarij qualitatē quandam magis perfectā, cur nō poterit melius conseruare præexistētē, ne corrūpatur, quæ imperfector erat. Quod verò, nec corrūpatur ex defectu subiecti, patet, quia quando calor ligni intenditur semper manet idem subiectū. Quod verò, nec possit corrumpi ex defectu cōseruantis, patet, quia adest. v.g. ignis, quando calor ligni intenditur: ergo ex nullo capite potest corrumpi. Dices; non corrūpi proprietā contrario, sed per adventū maioris qualitatis, quæ sub modo maioris incōpossibilis est, cū minori, vt minor est, atq; adeò corrūpitar per aduentū alicuius incōpossibilis. Hoc tamē nō satisfacit, quia ex hoc solū probatur corrūpi per intensiōnē, minoritatē illā, quæ fuit in termino à quo, quia est incōpossibilis cū maiori qualitate, nō tamē probatur corrūpi qualitatē præexistentem, quæ erat minor; alias quando homo per augmentationē, vel nutritionē fit major, corrūperetur homo; qui anteā fuit, quia proportionali modo fit de minori maior, sicut in intensiōne qualitas.

Secundō contra hanc sententiā optimè arguit, Scotus in. I. d. 17. q. vltima, quia si dū calor remittit frigus, per talē remissionē corrūpī frigus, & aliud de-

Super I. lib. de gener. & corrupt.

de nouo producitur , sequitur calorem, frigus producere effectiū, quod est absurdum. Se quella probatur, quia calor est causa efficiēs illi^o remissionis: ergo si per remissionem illam se nouo producitur frigus, sequitur calorem producere frigus.

Tandem , quia sequeretur in intensione caloris infinities corrumpi calorem, & alium, at que alium de nouo in infinitū produci, quia calor est diuisibilis in infinitum, ergo dum magis intenditur, in infinitum, secundum partes proportionales, infinities corrūperetur, & produceretur : quæ omnia absurdā sunt.

Secunda sententia, in hac re afferit, intensionem fieri per variationem existentiæ ipsius qualitatis, ita ut qualitas per intensionem mutet existentiam imperfectam, quam habet, & aliam perfectiorem adquirat, nulla tamen facta variazione in entitate, sed solum in existentia. Tenet, Capreol. in. 1. distin. 17. quæst. 2. art. 1. Et Astudillo hoc, cap. Huius sententiæ fortasse illud est fundamentū quia existentiæ , ut sèpè docet, Aristot. consistunt in indiuisibili: ergo per intensionem solum potest esse maior existentia qualitatis, nō vero ipsa essentiæ,

Hæc tamen sententia dubius de causis, non placet. Primo, quia inter essentiam, & existentiam, nulla est distinctio ex natura rei, ut ostendimus. 1. Physi. disput. 5. ergo non potest fieri mutatio aliqua realis in existentia, nisi etiam fiat in essentia, & entitate illius.

Secundo, quia etiam si concedamus existentiam ex natura rei distinguī ab essentia, potest facile impugnari, quia si possibile est, qualitatem in eadem parte subiecti acquirere perfectiorem existentiam, vel hoc sit, ita ut prior existentia corrūpatur, & alia de nouo generetur, & hoc nō, quia corrupta existentia rei, corrumpetur res ipsa, & ita, iam corrumperetur qualitas præexistēs, ut prima sententia affereret, vel sit, ita ut, priori existentiæ, alia partialis addatur, qua perficiatur, & tunc potest fieri argumētū. Quia si existentia qualitatis potest in eadē parte subiecti acquirere nouam entitatem partialem: ergo intension, non tantum debet fieri per additionē existentiæ, sed etiam per additionē nouæ entitatis partialis, in eadem parte subiecti.

Tertia sententia, quæ hoc tempore est satis communis inter Thomistas afferit intensionē, nec fieri productione nouæ quali-

qualitatis, nec nouæ partis qualitatis, sed per maiorem radicationem ipsius qualitatis in subiecto, quam radicationem dicunt esse quendam modum, quem qualitas acquirit per intensionem, tamen quod per intensionem nulla qualitas, nec partialis, nec totalis acquiratur, sed tantum modus qualitatis. Sic tener, Soncin. 8. methaf. quæst. 21. Iabell, quæst. 6. Banez hoc, cap. q. 5. &c. 2. 2, quæst. 24. art. 5. Medin. 2. part, quæst. 52. artic. 2. Probantque suam sententiam. Primo ex D. Tho. 1. 2. quæst. 2. art. 5. ubi dicit, qualitatem non intendi per additionem qualitatis, sed quia eadem qualitas magis, ac magis participatur à subiecto, &c. 2. 2. question. 24. artic. 5. assertit qualitatem, (& idem est de quavis alia qualitate) non intendi per additionem formæ ad formam, sed, ex eo quod subiectum magis, ac magis participat eandem formam, secundum quod magis reducitur de potentia ad actum: & sèpè alibi, Diuus Thom, quod si albedo esset separata à subiecto, non posset intendi; sentit ergo intensionem fieri per maiorem radicationem formæ in subiecto.

Secundo probat, ex Aris. 4. Phys. tex. 84. ubi dicit calidum

fieri magis calidū, nullo facto calido de nouo, ergo per intentionē caloris, nullus calor producitur de nouo.

Tertio argumētantur ratio-
ne de sumpta, ex D. Tho. 2. 2. lo-
co citato, quia si per intentionē
addiuit noua pars qualitatis di-
uersa à præexistentibus, sequi-
tur, dari duo accidentia solo nu-
mero differentia in eodē sub-
iecto: Quod si respondeas solū
probari, quod dentur duo acci-
dentialia partialia in eodē subie-
cto. Contra est, quia si duo acci-
dentialia partialia possunt dari in eo
dē subiecto partiali, eadē ratio-
ne poterunt dari duo totalia in
eodem subiecto totali, est enim
proportionalis ratio.

Tandem quartō, quia si per inten-
sionē producit aliqua pars
qualitatis diuersa à præexisten-
tib⁹: vel illa pars adueniens est
diuersa, ratione subiecti, & hoc
non, quia aduenit in eodē sub-
iecto, in quo sunt patres præexi-
stentes; vel ratione à genti, &
hoc etiam modo, non est diuer-
sa, quia qualitas potest intendi
ab eodem à genti, à quo primo
fuit producta, ergo ex nullo ca-
pite potest intelligi distinc-
tio inter terminum produktū per
intensionē, & qualitatē præexi-
stentem, & ita per intensionē,
non producitur aliud diuer-
sum à præexistenti, sed solū fit

Super I. lib. de gener. & corrup:

Hæc tamē sententia semper mihi visa est falsa, impugnari- que potest, excludendo omnes modos, quibus authores illius sententię explicant, hanc maio rē radicationē qualitatis in sub iecto, nulla prorsus adueniente dō nouo qualitate totali, nec par tiali. Primo enim quidā dicunt illam maiorem radicationē es se nouam quādam informatio nē ipsius, ita quod, eadē forma, quæ præexistebat, intimius in format subiectū, & ita dicatur magis radicata in subiecto; sed hoc est falsum, quia in causis na turalibus, impossibile est effe ctum crescere, nisi vel crescat virtus causatiua in causa, vel saltem approximatio causæ, ad effectum; qualiter ignis for tius calefacit, dum magis ap proximatur: ergo impossibile est, quod informatio formę in tensior fit, nisi forma in sua entitatem crescat, atque adeo in intensione, prius ēst formam ipsam in sua entitate intensius augeri, quām informare in tensius.

Quare secundum alij dicunt,
illam maiorem radicationem
esse, quod forma magis in ha-
reat subiecto, ita quod magis
radicari, sit magis in herere for-
mam, sed neq; hoc est verum,

quia in hærentia formæ accidentalis, non distinguitur ab informatione illius, quia inherere, est esse in subiecto dependenter ab illo; sed per informationem sunt formæ accidentales in subiecto à quo dependent: ergo in formis accidentibus in hærentia, & in formatio cum dependentia à subiecto sunt idem: dixi in formatio cum dependentia, quia nō quæuis informatio est in hærentia, quia anima rationalis informat, non tamen inheret materiæ, quin potius, ut vidimus, primo Physic. habet propriam subsistentiam saltem partialem, qua per se existit in dependenter à subiecto, quia ita informat, quod in suo esse, sit in dependens à subiecto, quamvis informatio ipsa sit dependens ab illo, eo quod informatio versatur circa subiectum aliquod, tamen quando forma aliqua informat cum dependentia ipsius formæ à subiecto, ipsa informatio est in hærentia formæ in subiecto, quia per informationem, vnitur subiecto à quo pender.

Tertio, alij dicunt qualitatem aliquam magis radicari in subiecto, nihil aliud esse quam quod subiectum illius magis reducatur de potentia

ad

ad actum ipsius qualitatis. Sic docet Sonci. ubi supra: est que terminus iste loquendi magis communis. Verumtamen, vel hic modus tantum continet verba, & non res, vel incidit in nostram sententiam, scilicet, quod per intensionem producatur noua pars formæ. Et probatur, quia tunc subiectum magis reducitur de potentia ad actum, quando recipit magis de actu ipso: ergo si per intensionem magis reducitur ad actum ipsius qualitatis, ideo est, quia magis recepit de illo actu, & forma, quæ est qualitas: ergo per intensionem ipsius formæ producitur.

Quarto alij dicunt, illâ maiorem radicationem, esse nouum quendam modum, quem acquirit qualitas per intensionem, & ita dicunt, per intensionem, non produci nouam qualitatē adhuc partiale, sed tantum nouum modum qualitatis. Quis, nam tamen sit iste modus, an scilicet sit informatio, seu major inherēntia ipsius qualitatis, non explicant: solum dicunt, quod quemadmodum quantitas, quo magis dilatatur in ordine ad locum absq; eo tamen, quod per rarefactionem producatur aliqua pars quantitatis, ut vidimus. 4. Physico, ita qualitas per intensionem,

absq; eo quod producatur noua pars qualitatis magis radicatur in subiecto, ex eo precise, quod habet nouum modum qualitatis.

Sed hic modus dicendi falsus est. Quoniā, vel ille modus qualitatis, qui acquiritur per intensionem, est eiusdē speciei cum ipsa qualitate, quæ intenditur, & sic potius est qualitas, quam aliquid diuersationis ab illa, & ita intentionis fieret per aduentum nouæ qualitatis partialis: si autem ille modus, quem isti fingunt, distinguitur specie ab ipsa qualitate præexistenti: ergo quando intenditur qualitas, constituitur in tali intentione per aliquam formam specie diuersam à præexistenti, & ita sequitur calorem intentionis specie differre à calore remisso, quod est absurdum: ergo impossibile est per intensionem produci aliquid, quod non sit qualitas eiusdem rationis cum præexistenti. Exemplum tamen illud de rarefactione quantitatis, nullum est, quia per rarefactionem, non sit quantitas maior intrinsecè, in sua entitate, cum nulla quantitas illi addatur, solum sit maior in ordine ad locum, quia acquirit nouam quandam extensio-

Super I. lib. de gener. & corrupt.

nem in ordine ad locum tam
en per intensionem fit qua-
litas maior intrinsece, in sua en-
titate ad modū quo quantitas
fit maior per augmentationem
in sua entitate; atq; adeo, sicut
per augmentationem acquiri-
tur noua pars quantitatis, ita
per intensionē noua pars quali-
tatis in eadem parte subiecti.

His, ergo sententijs reiectis:
dico primō in hac quēstione
certū esse debere per inten-
sionē produci aliquā nouā qual-
itatē, siue distinguatur realiter
à qualitate præexistenti, siue,
non, de quo postea. Ratio est,
quia postquam qualitas produ-
cta est, & deinde per nouam
actionem intenditur, talis in-
tensio est noua actio; ergo de-
bet terminari ad aliquam nouam
entitatem, quia ex natura
rei noua actio productua ali-
cuius, nouum terminum pos-
tulat.

Dico secundō, entitatem
istam productam per inten-
sionē esse qualitatem quandam
partialem eiusdem rationis cū
præexistenti, non vero mo-
dum quendam diuersae ratio-
nis ab ipsa qualitate; ita quod
per intensionem adquiratur in
eadē parte subiecti noua pars
gradualis qualitatis, quæ vni-
cum præexistenti, facit qualita-
tem præexistentem esse maio-

rem. Hanc sententiam docuit
Scotus in. i. dist. 17. quēst. vlti-
ma, Grego. quēst. 4. Iabel. q. 6.
Tolet. 4. Physi. quēst. 12. Et in
primis, quod per intensionem
debeat produci aliquid, quod
fit qualitas, & non diuersæ spe-
ciei ab illa; vt quod intensione
caloris debeat produci calor,
ostendimus iam contra quartū
modum explicandi sententiā
S. Thom. Quod vero illa qual-
itas sit partialis, ita quod in in-
tensione caloris, non produca-
tur totus calor de nouo, osten-
dimus contra sententiā supra
relatam, quia reverā intēdi qua-
litatem, non est fieri de nouo,
sed tantum productam acqui-
rere plures gradus; Quod vero
illa pars qualitatis, quæ est gra-
dus adueniens debeat produci
in eadem parte subiecti, in qua
sunt gradus præexistentes, nō
vero in alia parte subiecti adiu-
sa. Probañ, quia longe aliud est
qualitatem intendi, & extendi
per subiectum: potest enim ca-
lor, vt osto permanens semper
in eadem intensione, amplius,
& amplius extendi per subie-
ctum: sed quando qualitas ex-
tenditur, producitur noua pars
extensionis qualitatis in noua
parte subiecti: alijas non exten-
deretur: ergo ad intensionem
opus est, vt pars adueniat in ea-
dem proiſsus parte subiecti.

Addo

Addo tamen dictis, etiam in extensione qualitatis debere produci nouum partem qualitatis & non solum nouum modum. Potestq; simili ratione probari, quia si qualitas extenditur per aliquid diuersae rationis à praexistenti, sequitur qualitatem extensam, differre specie à qualitate, quæ erat antea, quæ extenditur per aliquid diuersæ rationis à praexistenti, debet ergo proportionali modo in extensione qualitatis produci, non quidam modus sed noua pars qualitatis, non pars intentionis, sed extensionis.

Dico tertio. Gradus qualitatis productus per intentionem realiter distinguitur à gradibus praexistentibus, saltem partialiter, ad modum quo. 6. Phys. diximus, partes quantitatis distinguuntur realiter inter se partialiter. Hanc sententiam etiam tuetur authores citati, in 2. conclusione. Et ratio est eidens ex regula illa generali, quod quotiescumq; à parte rei, unū potest se parari ab alio, illa duo distinguuntur realiter, sed potest dari in qualitate primus gradus sine secundo, & secundus sine tertio, & sic de reliquis, quia qualitas acquirit nouum gradum per nouam actionem: ergo gradus qualitatis distinguntur inter se realiter, & partialiter.

atque adeò per intentionem producitur aliquod ex natura rei diuersum à praexistenti, ad modum quo per augmentationem acquiritur noua pars quantitatis realiter diuersa à praexistenti.

Respondet authores contrarij, esse diuersam rationem, quia pars quantitatis, quæ acquiritur per augmentationem subiectatur in noua parte substantiae diuersa ab illa, in qua subiectatur quantitas praexistens, & ita est diuersa pars quantitatis, quia habet diuersum subiectum, at vero gradus qualitatis, qui per intentionem producitur, subiectatur in eadem parte subiecti in qua sunt gradus praexistentes.

Sed non placet hæc solutio, quia accidentia, ut vidimus. 1. Physic. non individuantur à subiecto, sed à sua intrinsecā entitate: unde, quemadmodum successivē dantur plures calores realiter diuersi in eodem subiecto, scilicet modo unus, & postea aliis, quauis subiectum sit idem, quia cum hoc retinere possunt suam diuersitatem intrinsecam per suas intrinsecas entitates, ita quamvis plures gradus sint simul in eadē parte subiecti, adhuc retinent suam diuersitatē intrinsecā propter suas intrinsecas entitates.

Secundus.

Super I. lib. de gener. & corrupt.

Secundò probatur quia calor intensus habet effectum lóge præstantiorem, quam calor remissus, quia calor intensus disponit ad formam ignis, seu vero remissus, ergo signum est in calore intenso includi alii quem gradum, seu entitatem realiter diuersam à gradibus, qui sunt in calore remisso.

Tertio quia si subiectum ali quod habet calorē, & deinde calor intenditur, subiectū illud dum recipit nouos gradus, rea liter mutatur, ergo acquirit aliquid realiter diuersū à præexistenti. Pater consequentia, quia mutatio necessario dicit nouitatem: ergo mutatio realis fit per aliquid nouum realiter, ergo realiter distinctū: quia nouitas distinctionē importat, & ita nouitas realis importat distinctionem realem.

Dico vltimo: etiam in extensiōne qualitatis, partem illā extensionis, quæ producitur, realiter distingui à præexistētib⁹: hoc enim similibus rationibus ostendi potest, ac de intensione scilicet, quia potest dari calor extēsus in quātitate digitali: ergo quādo amplius extenditur, pars illa, quę de nouo aduenit, realiter distinguitur à præexistētibus, quia datur vnum si ne alio.

Tandē in nostra sentētia illud

est aduertendū, etiā in ea verificari, quod intensio fiat per maiorem radicationē in subiecto, non quidem eodē modo, quo Thomistæ intendunt, ita quod per intensionē solū producatur nouus modus, & non noua pars formē, vnde quia illa forma magis intenditur, cum acquirit plures partes intensionis, ideo magis radicatur in subiecto.

Ad fundamenta adducta contrarijs sentētij respōdet. Ad primū primę sentētij, esse lóge diuersam rationē de motu locali, & de motu alterationis, nā in motu locali, presentiæ locales sunt essentialiter immobiles à tali numerō spacio, vt late vidimus. 4. Phy. ideo dum mobile per transit ad nouum spatiū, acquirit nouam presentiā, priorq; corruptitur, & ita est vna presentia ex natura rei in cōpossibilis cū alia, at vero gradus remissi, non sunt in cōpossibilis cū gradibus intēsis, quin potius ex omnibus illis coalescit qualitas quēdā intēsa & cōtinua, ita quādo in intēsione producitur nouus grad⁹, nō corrūpuntur præexistentes.

Ad secundū, quod ut supra vī dimus, terminus à quo intensionis, non est qualitas remissa cōsiderata præcisissimē in esse qualitatē, sed prout dicit carentiā illō rū graduū, quibus qualitas cōf

tituis

stiuuitur intensa, & ita hęc pri-
uatio tollitur adueniente ter-
mino ad quem, scilicet dū pro-
ducuntur gradus intensi. Et eo-
dem modo respondetur ad ar-
gumentum, in quanis transmu-
tatione, non manere terminum
à quo, ea ratione, quia est termi-
nus à quo, sed solū subiectū illi⁹.
Ad argumentū secundæ sen-
tentiae respondetur, quod ut sæ-
pè diximus, axioma illud: essen-
tię consistunt in individibili, in
telligentiū est, quantū ad prædi-
cata essentia, id est nullū præ-
dicatū esse entiale potest de trahi
ab essentiā aliqua, vel addi, ma-
nente eadem essentia: quia si ab
homine detrahatur prædicatum
animal, vel addas prædicatū al-
terū, non erit homo, nō tamen
debet intelligi, quantū ad par-
tes Physicas, & integrates, quia
hoc modo essentię habent lati-
tudinem partiū, qualiter quā-
titas intra limites suę speciei
potest esse maior & minor.

Tandem ad argumenta Tho-
mista. Ad primū, nunquā D.
Thomā aliquid contra nostram
sententiā docuiesse, si restē in-
telligatur, quin potius, videtur
illam docere à parte, quia, 2. 2.
q. 24. ad 3. dicit, propriam vo-
cem ignorare eos, qui asserunt
charitatem (& idem est de alijs
qualitatibus) intendi, solū per
maiore redicationē insubiecto,

& non secundū suā essentiā, est
enim inquit impossibile, augeri
radicationē formæ, & nō auger-
ti ipsam formā: vnde eius inter-
pres. Caiet. 1. p. q. 44. art. 1. cir-
ca solutionē ad primū optime
aduertit intensionē, & remissio
nē formarum in sententia, D.
Thom. fieri in essentia, & enti-
tate ipsius formę: vnde quādō
S. Thom. 2. 2. q. 24. art. 5. negat
charitatem intendi per additio-
nē, loquitur de additione for-
marū per vniōnē, ita quod pars
iā antea producta, deinde vniat-
ur præexistenti formę, nō ta-
men loquitur de additione pro-
ueniente ab interna potētia pa-
siua subiecti: quā fuisse eius mē-
tem constabit, legenti: art. 5. in
corpore. Et eodem modo intel-
ligendus est S. Tho. quādō art.
si albedo esset se parata, non
posset intendi: quia se esset na-
tura sua separata à subiecto, es-
set substantia, quia accidens po-
tius petit esse in subiecto: ergo
si natura sua esset separata, es-
set quid substantiale, & ideo, nō
posset intendi.

Ad Arist. verò respōdetur;
maxime notāda esse illa verba,
calidum fit magis calidū, nullo
calido de nouo accedente: ibi
enim dixit, nullo calido de nou-
uo accedente, & ita quāvis per
intensionē accedat nouū calor,
non tamen accedit nouū cali-
dum.

Super I. lib. de gener. & corrupt.

dum. Ratio est quia cū gradus caloris qui per intensionem producitur adueniat eidē prorsus parti subiecti, in qua erant gradus præexistentes, ideo ad uenit eidem parti calidæ, & ita non accedit nouum calidum, tamen accedit nobis calor ei- dem parti calidæ, in quo maximè differt inter intensionem & augmentationem, quia duæ partes quantitatis non possunt penetrari in eodem subiecto, ita augmentatio fit non solum accedente noua quantitate, sed etiam accedente novo quanto, quia simul cum noua quantitate aduenit noua pars materiæ, in qua subiectatur noua illa quantitas, & ita augmentatio fit novo quanto accedente, tamen intenso fit, nullo calido accedente, ut explicatum est.

Ad primam rationem respōdetur quod ut vidimus. *I. Physic.* disputatione vltima accidentia non in dividuantur à subiecto, & ita nullum est inconueniens dari duos calores partiales numero diuersos in eadem parte subiecti, quia quāuis sint in eadem parte subiecti adhuc distinguntur per suas entitates intrinsecas.

Sed instabis adhuc, quia quāuis accidentia non in dividetur à subiecto, adhuc tamen non possunt per naturam dari

duo accidentia. v. g. duos calores totales numero diuersos in eodem subiecto totali, ut vidimus loco citato: ergo nec poterunt esse duo calores partiales in eadem parte subiecti: videtur enim proportionalis ratio. Respondeatur tamen esse diuersam rationem, quia duo calores totaliter diuersi, quales sunt, qui reperiuntur in subiectis diuersis, non habent inter se naturalem aliquam subordinationem & sunt quasi dispartati, nec ordinantur addiuersa munera, at vero gradus diuersi eiusdē qualitatis, habent inter se naturalem sub ordinatione, ita ut secundus natura sua prærequirat primū & præterea non habet munera omnino similia, quia posteriores gradus ordinantur ad perfectiorem calefactionem, quām priores: diximus enim loco citato accidentia, quæ diuersi mode afficiunt subiectum, præstantq; diuersa munera posse reperiri simul in eodem subiecto quanvis solo numero differant, qualiter. *2.* de anima dicā, duas species visibiles duorum alborum, dari simul in eadem parte subiecti, habent enim diuersa munera, quia, quilibet illarum tantum representat obiectum suum, & non aliud.

Tandem ad vltimum ex dictis patet

pater solutio, gradus enim aliquius qualitatis non distinguunt realiter propter diuersitatem subiecti, nec etiam propter diversitatē à gentis, quia possunt plures ab eodem agenti produci; sed distinguntur per suas intrinsecas entitates se ipsis diversas ex natura rei.

Quæst. V. Vtrum gradus qualitatis, qui producuntur per intensionem, habeant inter se naturalem subordinationem.

Suppono ex dictis, gradus qualitatis distingui inter se realiter, saltem partialiter, quia potest dari à parte rei, primus sine secundo, & primus & secundus sine tertio & sic de reliquis, & ita calor, ut quartuor, & si non totaliter, partialiter realiter distinguitur à calore, ut tria, quia addit supra calorem ut tria, quartum gradum caloris diuersum realiter à præexistentibus: ergo saltem per illā partē distinguitur realiter ab illis.

Solum ergo est dub. vtrum gradus isti qualitatis habeant inter se naturalem aliquam subordinationem, & inæqualitatem in perfectione individuali, quia, quod non distinguitur specie omnes conueniunt. Ratio est,

quia, quæ specie differunt, non possunt inter se continuari, sed huiusmodi gradus intensius continuatur inter se per individuabilia intensionis, ad modum quo partes quantitatis extensius continuantur: ergo non distinguuntur specie.

In hac re, plures existimant, gradus qualitatis esse omnino similes, & e quales in perfectione individuali, ita ut, tam perfectus sit primus gradus, sicut octauus, secundum se sumptus, solumque differre ordine temporis, ita quod, qui primus tempore producitur appelletur primus, & sic de reliquis, & si omnes simul producantur, solum per intellectum numerantem, habeant de nominationes primi & secundi, cuius sententiae nullum vi deo probabile fundatum, nisi quia gradus qualitatis sunt eiusdem speciei, & ita, non viderur maior rationis, quam alterius.

Tamen dico primo: Gradus qualitatis habere aliquam inæqualitatem in perfectione individuali: quæ conclusio, quanvis autoritate probari non possit, quia authores de hac re nihil in speciali tradunt, potest rationibus efficaciter probari. Primo quia, quando ignis producit unicum gra-

Super I. lib. de gener. & corrupt.

dum caloris in aqua, expellit aliquē gradū frigiditatis: ergo si omnes sunt omnino eiusdem speciei, & perfectionis individualis, nulla est prorsus ratio, quare expellatur vñus, potius, quā alius, atq; adeo ille gradus caloris, vel expellet omnes gradū frigiditatis ab aqua, vel nul lum, quorum vtrūq; cōstat esse falsum: ergo cum vñus gradus caloris expellat vnum gradum frigiditatis, & non omnes, signum est, esse maiore aliquam rationem de uno, quam de alio; & ita non omnes gradus, esse aequalis perfectionis individualis.

Secundo id manifeste probatur, quia primus gradus caloris solū producit primū gradū caloris, nō vero quartū vel octauū, nec quilibet gradus est sufficiens dispositio ad formā ignis: ergo apertū est in dictū, esse inæqualitatē in gradibus, secundum perfectionē individualē,

Et si obijcas, quia in substātijs sēpē contingit, hominem, v. g. producere aliud hominē perfectionē secundum differen- tiam individualē, contingit enim generari hominē fortiorē, & robustiōrē, quæ natura lia accidētia indicant substātiā perfectionē esse; ergo similiter poterit primus gradus, & si im perfectionē, aliū perfectionē pro-

ducere. Respōdetur hominem aliquē, solū producere hominē robustiorē se per accidens, scilicet, quia vel adiuuat ab aliqua particulari constelatione astrorū, quæ eo tempore ad sit, ratio ne cuius esse & perfectior euadat, vel propter aliā similiē circūstantiā, ex varijs, quæ in hac materia occurrere solēt, tamen per se loquendo, nihil producit in genere causæ principalis suj pra suam perfectionem.

Dico secundo in hac questiōne Gradus qualitatis habent inter se sub ordinationē, ita ut posteriores gradus, ex natura rei, pēdeat à prioribus, illosq; supponant, & ita gradū aliquē appellari primū, vel secundū, nō esse, propter solā voluntariā enumerationē intellectus, sed propter naturalē subordinationem illorum, ita ut primū ob suam īmperfectionē nullū aliū presupponat: secundus tamen ex natura rei presupponat primū, & sic de reliquis.

Hanc cōclusionē, & si obiter attingat Caiet. 2. 2. q. 24. art. 7. vbi docet, gradus priores disponere ad posteriores. Ratio autē sumitur ex dictis, quia gradus caloris, non omnes expelluntur simul, sed ordine quodā, ita ut prius expellatur octauos gradū deinde septimus & sic de reliquis: ergo gradus isti, & si sint, quasi

quasi penetrati in eadē parte subiecti, habent naturale subordinationē, ita ut posteriores pri^o expellātur, quā priores, illōsq; supponāt. Prēterea cū gradus qualitatis habeāt inter se naturale quandā inæqualitatem in perfectione in diuidali, imperfe^{tio}res natura sua debent disponere ad perfectiores, & ita habēt naturalē subordinationē.

Tādē à nominis ethimologia potest summi ratio: ideo enim in qualitate partes intēsionis dicuntur gradus, quia inter se habēt naturalē quādā graduatiōnē, & subordinationē, qđ seū est de partib^o extēsionis ipsius qualitatis, vel quantitatis, iste enim partes, nō dicūtur gradus ab autoribus, quia quāuis habēat inter se ordinem in ordine ad sitū, nō tamē habēt subordinationē secundū maiorē vel minorē perfectionem in sua in trinseca entitate, & ita solū pates intēsionis ipsius qualitatis appellantur gradus.

Occurrit tamē difficultas, si posteriores gradus qualitatis pēdēt à priorib^o ex natura rei, in quo genere causē pēdeant ab illis. Respōdet imprimis, nō pēdre in genere causē efficiētis, ita ut priores grad^o effectivē attigāt productionē posteriorū. Ratio est, quia vñ quodq; operatur in quantū est in actu, sed calor vñ, solū est in actu secundū

vñ gradū, ergo nō potest producere secundū gradū caloris, nec secund^o tertii, & sic de reliquis.

Quod verō, nec posteriores gradus pendeāt à prioribus in genere causē materialis tāquā à subiecto, ita quod gradus secundus subiectetur in primo & sic de reliquis. Probatur, quia si octauus grad^o immediate recipi in septimo, sequit^r octauum gradū caloris, & primū frigiditatis nō contrariari inter se. Sc̄ quella probat, quia primus gradus frigiditatis nō recipitur in septimo gradu caloris, sed immediate recipi in subiecto: ergo si octauus grad^o caloris non recipi immediate in subiecto, sed in septimo gradu, sequitur octauū gradū caloris & primū frigiditatis, nō versari immedia^te circa idē subiectū, atq; adeo, non contrariari, quia contraria uersant circa idē subiectū immedia^t: quod verō cōsequens fit falsum. Pater quia prim^o gradus frigiditatis expellit octauū gradum caloris, non verō alios priores.

Dicendum ergo est, vt insinuat Caietan. vbi supra, posteriores gradus qualitatis, pendere à prioribus in genere causē materialis, non quidem tanquam à subiecto, sed tanquam à dispositione prærequisita, quia dispositiones expectant ad genus causē materialis, vt vidi.

Super I. Lib. de gener. & corrup.

mus. 2. Physie. quia, cum poste
riores gradus sint perfe^tiores
prioribus disponunt natura sua
pries ad posteriores.

Sed obijcies, quia exprēdicta
subordinatione graduum sequi
videtur, quod in qualitatibus
de^f minimū quoad intēsione,
cōtra dicta. 1. Phy. Sequella pro
batur, quia primus gradus, non
supponit alium imperfēctiore,
aliās nō esset primus, & ita est
omniū infimus, aliās in cōtraria
qualitate, ex natura rei, esset pos
sibilis aliis gradus supra octauū,
qui opponit minori primo
alterius qualitatis, quod tamen
est falsum, quia summa latitu
do possibilis est usq; ad octo.

Sed respōdetur facile, negā
do consequentiā. Pro quo notā
dum est, quod sicut partes quā
titatis, quā sunt partes extēsio
nis, quādam sunt aliquorā, scilicet,
quā dicunt certam, & de
terminatam quantitatē, vt pal
mus: quādam vero proportionales,
scilicet, quā non dicunt
certā & determinatā quātitatē,
& ita possunt summi minores,
& minores in infinitū: ita in par
tibus intēsionis qualitatis, alię
sunt partes aliquorā, scilicet,
quā dicunt de terminatā intē
sionē, quales sunt grad⁹ qualita
tis, vt calor vt vnu, vel duo:ra
men rursos, quilibet grad⁹, qui
est pars aliquota intēsionis,

potest diuidi in infinitū secundū
partes proportionales, quia vnu
gradus est diuisibilis in duas
medietates, & quālibet medie
dieta in alias duas minores, &
sic in infinitū. Vnde optime
intelligitur, qualiter, quanū,
primus gradus sit prima pars
aliquota, tamē non datur mini
mū, quia adhuc ille gradus, cō
tinet infinitas partes propor
tionales.

Et hinc vltius fit, quod quia
quilibet gradus qualitatis, est
diuisibilis in infinitum, primus
gradus caloris opponit gradui
octauo frigiditatis diuisibili
ter, itavt medietas prima oppo
natur medietati vltimae octaui
gradus frigiditatis, quia quili
bet gradus paulatim expellit
secundum proportionales par
tes, quas habet.

Et si dicas, saltē sequit, dari ma
ximū in intentione, quia nō est
per naturā possibilis maior ca
lor, quā, vt octo, aliās esset pos
sibilis aliis minor primo, qui
opponeat illigradui, vltra octauū
caloris. Resp. argum. solum
probare, qualitates habere ma
ximū intentionis si cōsiderētur,
vt sunt dispositiones naturali
ter cōservatiæ subiecti, in quo
sunt, quia cū ignis, qui est omniū
calidissimus, tantum ad suā cō
seruationem requirat calorem
vt octo, & non maiorem, ideo
hoc

hoc modo, datur maximum in calore: tamen calor, secundum suam naturam consideratus, potest esse maior, quamvis octo, & si militer, non repugnabit calor secundum se considerato, quod detur in illo gradus aliquis, qui sit imperfectior illo, qui de facto est primus, cum quolibet dato, possit Deus aliū perfectio reproducere, de facto tamē, nō est possibilis aliis gradus inferior, primū gradu frigiditatis, qui illi opponatur.

Ex dictis haec tenus sequitur, qualiter sit intelligenda contrarietas, quae est inter contrarias qualitates, nam. v. g. calor & frigus, ita opponuntur, quod quilibet gradus unius opponatur alicui gradui alteri^o; sed non opponuntur, cuilibet gradui unius, omnes gradus alterius, quia primus gradus frigiditatis tantū expellit octauū calor, nō vero aliis gradus: & secundus frigiditatis, septimus gradus caloris, & tertius, sextus & quartus, quintū, & quinque, quartum & sextus, tertium, & septimum, secundum, & octauus, primum frigiditatis; & ita cuilibet gradui unius opponitur gradus alterius, sed non omnes, & ita non repugnat, quartus gradus caloris cum quarto frigiditatis, qualiter aqua tepi-

da simul habet calorem, & frigus in gradibus remissis, unde dum modo ex utraque qualitate dentur tantum, octo gradus, vt sint quatuor unius, & quatuor alterius, tales gradus compossibilis sunt in eodem subiecto.

Ad argumentum, contraria sententiae respondeatur, verum esse, omnes gradus unius qualitatis, esse eiusdem speciei, ex hoc tamen, solum probatur, quod sint eiusdem perfectionis specificæ, non tamen, quod secundum differentiam individualem, non sit unus perfectior alio: sicut species, quamvis in ratione generica sint æquales, tamen, ratione differentiæ specificæ potest esse una perfectior alia.

Sed instabis: quia magis differunt, primus, & secundus gradus caloris, quam duo primi gradus duorum graduum caloris, eo quod, primus, & secundus gradus caloris eiusdem, sunt dissimiles in actiuitate, at vero duoprimi diuersorum calorum habent eandem actiuitatem, sed duo primi gradus diuersorum calorum distinguuntur numero: ergo primus, & secundus gradus eiusdem caloris, magis debent differre, atque adeo differunt specie. Respon-

den.

Super I. lib. de gener. & corrup.

detur negando consequentiā, quia intra limites differentiæ individualis, est vna major alia, sicut etiam intra limites differentiæ specificæ quædam species differunt, vñæ magis, quam aliæ, qualiter magis differunt album, & nigrum, quā album, & viride utrobique; tamen solum distinguntur species. Et hæc de hac quæstione, dicta sufficiant.

Quæst. VI. Quæ sit causa alterationis, quæ sit per antiparastasim.

HO C antiparastasis non nomen suam ethimologiā, & originem à Græca lingua merito dicit, ideoque sic ne in æquiuoco laboremus, & more Andabathabarū pugnemus, ut ne huius nominis obscuritas linguae Latine ambiguitatem pariat, ab huiusmodi prepositione. Anti, si quæ si verbū pro verbo reddamus, idem sonat in Latino sermone, quod contra, & Pari, quod secundū uestionem peritorum, nil aliud quam iuxta significare, atq; ostendere videtur, vnde ab anti, quod est contra, Pari, quod est iuxta, & statis, quod est sta-

re, quasi iuxta contra statio, & ita idem est antiparastasis, quod circum obſistentia contrarij, atque adeò ſolet vnum contrarium, magis intendi, & roborari in ſua virtute per antiparastasim, propter obſistentiam contrarij, cuius rei ſunt quam plurimæ experientiæ, quæ nullatenus negari poſſunt: hac enim ratione experimur putoſ tem- pore hyemis, minus frigidos eſſe, quam tempore aestatis, quia cum tempore hyemis, frigus maximè vigeat in partibus externis terræ, calor re- trahitur ad partes internas, & ita putoſ tempore hyemis calidiores ſunt: è contra ve- rō, tempore aestatis, ſunt fri- gidioreſ, quia in partibus ex- terioribus terræ, calor maxi- mè viget, & ita frigus in in- ternis magis roboratur. Hæc etiam eſt cauſa, quare natan- tes, ſtatim famem patiuntur, quia ſcilicet, calor fugit à par- tibus externis corporis ipfius, frigefactis ab aqua, ad ſto- machum que retrahitur, & ita fa- mem cauſat.

Tertiò etiam, hinc dici ſo- let, melopeones, & cucur- bitas ſoli expositas pro tem- pore aliquo in partibus in- tes;

ternis fridiores reddi: & tandem hæc est causa, quare media regio aeris longè sit frigidior, in tempore æstatis, quam tempore hyemis, quia scilicet hæc infima regio aeris calidior est, & ita frigus, veluti retrahitur ad medium regionem aeris, ratione cuius redditur frigidior tempore æstatis, quam tempore hyemis, cuius rei indicium est, quod tempore æstatis generatur grando, non vero tempore hyemis, sed nix, constat enim maiorem illam densitatem, quæ est in grandine, potius quam in niue oriri ex maiore frigiditate, qua ratione experimur, aquam, quo frigidior est, tanto magis congelari.

HINC, ergo oritur ratio dubitandi in hac quæstione, quia cum unum contrarium destruat aliud, potius debet unum contrarium in præsencia alterius remitti, & debilitari in sua virtute quam in illa roborari per antiparistasm.

PRIMA sententia, in hac re est afferentium, causam huius esse, quia unum contrarium mittit species sui per medium, ut sentiantur, quæ species dum perueniunt ad al-

terum contrarium refranguntur, iterumque reddeunt versus obiectum, à quo productæ sunt, & in illo augent qualitatem, quam habent, & ita ex præsentia contrarij, magis roboratur in sua virtute. Si tenet Paulus Benet, in summa cap. vigesimotertio, Marcellius, hoc lib. quæstione decima septima, Albert. de Saxonia, quæstione decima quinta.

HÆC tamen sententia a perte falsa est, primò quia species sensibiles producentur ab obiecto: ergo non possunt esse intensiores illo, causa enim non potest producere effectum intensiorem se: ergo quantumvis illæ species reuertantur ad idem obiectum, non possunt illud intendere.

Tum etiam secundò, quia species sensibiles, non habent, producere obiectum, à quo procedunt, qualiter species albedinis, non producent albedinem aliquam: ergo similiter species sensibiles caloris, & frigiditatis, non poterunt producere calorem aliquem, vel frigiditatem, & ita nec possunt esse causa alterationis factæ per antiparistasm.

Quare secunda sententia aferit, quod quando unum con-

Super I. Lib. de gener. & corrup:

trarium obfesum à suo contrario magis intenditur, & roboratur, in sua virtute, illa intēsio effe&iuè prouenit à contrario circundante illud. Quæ sententia magis falsa est, quām præcedens, quia frigus, v.g. in se, nullo modo continent calorem, cū quo contrariatur; imo est illi omnino contrarium: ergo non potest intendere effe&iuè calorem perantiparistasim.

Tertio ergo, alij afferunt, talem intensionem effe&iuè prouenire ab ipso corpore, cuius virtus intenditur in præsentia contrarij: dicūt enim, calidum habere virtutem ad se intendendum in præsentia sui contrarij, & ita illam maiorem intensionem effe&iuè prouenire ab ipso corpore, quod in sua qualitate magis roboratur. Sic tenet Tolet. hoc, lib. quæst. 24. & Astudillo, quæst. 21. quæ sententia falsa est. Et probatur, quia si corpus calidum, v.g. haber virtutem, ut magis roboretur in suo calore à principio intrinseco, in præsentia contrarij: ergo etiam in absentia contrarij, multo melius, id poterit efficere, cū ibi nulla ad sit resista cōtrarij, & ita poti⁹ debet fieri talis intēsio, citra antiparistasim, quā antipararistasim.

Et si obijcias, quia experi-

mur, ignem aqua aspersum magis roborari, & intendi, quām citra aspersionem illam. Respondeatur, certe id, non esse statim, ac aspergit gutulis aquæ, quim potius, à frigiditate illarum remittitur; sed quia dum vehementer parvas illas gutas calefacit, talis aqua conuertitur in vapores, & vapores inflammat: vnde quia est maior flamma, magis comburit, quām alijs combureret.

Quare, his, & alijs omissis: dicendum est cum Vallesio. 4. lib. Metheo. & primo contruersiarum, cap. 5. intensionem factā per antiparistasim, prouenire à principio extrinseco, non vero ab intrinseca natura ipsius corporis, cuius qualitas intenditur. Quod exemplis adductis in singulis explicari potest: quia in primis, ideo media regio aeris est frigidior tempore estatis, quām tempore hysmis, quia vapores frigidi fuginunt partim ad puteos, & internas partes terræ, partim versus ad medianam regionem aeris, eo quod, hæc in finia regio aeris à sole nimis calida reddit, & ita, dum tales vapores perveniunt ad partes infimas terræ, & ad medianam aeris regionem hæc omnia reduntur magis frigida, è contravero inhyeme cū pro-

propter solis absentiam, sit hæc media regio aeris nimis frigida, exalationes calidæ, quæ à sole eleuantur à terra, fugiunt ad interiores partes terræ, & ita putei, & fontes calidiores sunt, tempore hyemis, quàm tēpore aestatis.

Idem est suo modo dicendū de natantibus, quia propter frigus à quæ, extrinsecas corporis partes circundans, spiritus calidi fugientes externum frigus, retrahunt ad internas partes, & ita iuuant ad coctionē insto macho faciendam.

Tandem cœurbitæ radijs solaribus expositæ, ideo frigidiores redduntur, tum, quia actione solis, exalationes aliquæ calidæ, quæ ibi sunt extrahuntur, & ita in partibus cœurbitæ, est minor calor. Tum etiam, quia vapores humidi, & frigidii ipsius cœurbitæ fugiunt ad internas partes, & ita internæ partes frigidiores redduntur.

Potest etiam alia causa reddi, quæ prædictam iuuet, quare media regio aeris frigidior sit tempore aestatis, quàm tempore hiemis, putoque frigidiores sint, quia cum propter solis actionem, hæc in fina regione aeris sit nimis calida, ideo etiā est magis rara; quia quem ad modum frigiditas petit dætem, ita calor petit raritatem,

vnde opportet, regionem medium illi proximā, magis condensari, & quia densitas petit frigiditatem, ideo sicut dætor est media regio aeris, ita etiam est frigidior. Idem est de aere existente in puteis, qui propter similem rationem, magis condensatur tēpore aestatis, & ita putei frigidiores redduntur, & contra verò in hyeme calidores.

Ocurrunt tamen hoc loco duæ dubitationes circa dicta. Prima est, à quo mouentur efficiuevapores, & exalationes, quando propter præsentia contrarij fugiunt ad alias partes, quia vapores sūt naturæ aqueæ cū sint natura sua frigidi, & humili. Imò multorum sententia est, nō differe specie ab ipsa aqua, sed esse subtile, & tenues partes aquæ; sed aqua, non potest motu naturali ascendere ad medium regionem aeris: ergo motus ille, quo vapores mouentur in æstate, non est naturalis. Similiter exalationes sūt naturæ igneæ, sūt enim calidæ, & siccæ, ergo motus ille, quo tēpore hyemis descendunt ad puteos, & partes infimas terre, vt illas calefiant, non est naturalis illis, ignis enim potius petit motum sursum.

Altera dubitatio est, quia ea loca est perfectior qualitas, quā

Super I. Lib. de gener. & corrup:

raritas, & frigiditas, quam densitas (si verum est densitatem, & raritatē esse qualitates) quia calor, & frigus sunt qualitates primae, raritas vero, & densitas qualitates secundae, ergo non potest raritas esse causa caloris, nec densitas esse causa frigiditatis, quia imperfectius, non potest attingere productionē perfectioris. Tamen ad primā respondet, quod licet illi motus, non sint simpliciter naturales vaporis, & exalationi, dicuntur tamen secundū quid naturales, in quantum sunt ad fugiendum contrarium, habet enim quilibet res vim naturalem, ut à suo contrario fugiat, qualiter dū ignis vide lignū comburit, vapores à quos, ad eā partē cōfugiunt, que ab igne distat. Alij tamen tribuunt huiusmodi motus cōlō, falso tamē ostēdimus enim.

2. Physi. nullam actionem horum inferiorum immediate p̄dere à corpore cœlesti.

Ad secundam rationem, rarietatem, vel densitatem, non esse qualitates, sed importare talē dispositionem partium, ut ex Aristot. cap. de quantitate s̄pē dixi, vel certe si qualitates sunt, imperfectiores sunt calore, & frigore, & ita calor, & frigus oriuntur ab illis, tanquam à causa instrumentali, cui debitus est cōcursus causæ vni-

uersalis ad producendū viues, vnde sicut in generatione viuentis satis est assignare causam particularem influentem physice in effectum, non vero aliquam principalem præter vniuersalem, quia viuens, à quo se men decisum est, potest esse mortuum, vel saltem distat loco, & ita non potest talis actio tribui immediate. Similiter, ergo raritati, & densitati est debitus concursus causæ vniuersalis, vt producent calorem, & frigus, & ita satis est assignare causam particularem instrumen- talem illius effectus. Et hęc de hac, quæst. & capite.

Caput. V. de augmentatione.

INTENTVM Arist. in hoc capite est agere de augmentatione. Tria agit. Primo explīcat, qua ratione distinguatur augmentatio ab alijs motibus: in secunda vero parte, explicat quomodo sit augmentatio, ac tandem, in terciā disputat de alimento, quo mediata sit augmentatio.

Ad primam partem accedentes, duas differentias assignat, Aristotel. inter augmentacionem, & reliquos motus: Prima desumitur ex termino ad quem

quem; quia generatio substantiae versatur circa substantiam; alteratio circa qualitatem: motus localis circa ubi: augmentatione verò circa quantitatem: quod non ita est intelligendum, quod per augmentationem producatur quantitas, hæc enim nunquam de novo producitur, cum sit coœua materiæ, ut diximus, primo Physicor. sed intelligendum est, augmentationem versari circa quantitatem, non producendam, sed vniendam, id est terminatur ad vniendam quantitatem alimenti cum quantitate viuentis, de quo postea.

Secunda verò differentia sumitur ex parte modi, quia id quod augetur, necessario mutat locum, secundum partes auctas: id verò, quod generatur per generationem, non mutat locū, quia mutare locū supponit antea fuisse, eo quod omnis mutatio, ut vidimus. 2. Phys. supponit subiectū prius duratione existens. Similiter inquit, quod alteratio, non necessario mutat locum.

Et si dicas, quia quod calcificat, cum rarefiat medio calore, necessario mutat locum. Respondeatur, saltem in omni alteratione, non esse necessarium mutare locum, ut patet de illuminatione, quando il-

luminatur aer: at verò in omnī augmentatione, cum necessario adueniant partes nouæ quantitatis, necessarium est in omni augmentatione mutetur locus, saltem secundum partes.

In secunda parte, capitinis explicat quomodo fiat augmentatione, & breuiter quatuor dicitur. Primo, augmentationem non fieri ex materia separata, sed potius inquit, fit ex alimento corporeo, & diuisibili, & ita augmentatione, non fit ex indiuisibilibus, quia, ut docuerat, sexto Physicor. indiuisibile, non facit maius. Secundo docet eius, quod augetur, quamlibet partem augeri. Tertio, id quod, augetur manere, idem numero ante, & post augmentationem. Quartio, augmentationem fieri, si ne vacuo, quamvis requiratur ad illam alimentum ex trinsecus accedens, quia tale alimentum, non recipitur in loco, qui antea fuerat vacuus, sed corpore aliquo repletus. Addit tamen, quod sicut augmentatione fit per aduentum quantitatis, ita diminutio per recessum quantitatis: vnde infra ostendam diminutionem, non esse actionem producivam, sed potius destruicivam.

Super I. lib. de gener. & corrupt.

Tandem in tertia parte disputat de alimento, & dicit, alimentum debere esse potentia viuens, & ita inquit, in principio esse dissimile viuenti, in fine tamen simile, quia alimentum conuertitur in substantiam aliti. Tandem inquit, quod alimentum in quantum est substantia nutrit, in quantu verò est quantum auget ipsum viuens, & quod animal quādiu viuit, semper nutritur, non tamen semper augetur: quæ omnia latius patebunt sequenti disputatio-

ne substantiam, quam reparat.

Ques. I. Vtrum augmentatio differat à nutritione, & reliquis motibus.

Suppono in primis, falsam esse, & satis singularem sententiam Magistri sententiārum in 2. distin. 3. afferentis, re vera, non dari nutritionem, qua alimentum conuertatur in substantiam aliti, sed potius inquit, alimentum est quasi fomentum actionis naturalis caloris resistens, ne agat in humidum radicale, quo viuens conservatur. Hoc enim in primis est contra Aristot. hoc, cap. vbi dicit à perte. *Alimentum fieri actu carnem post conversionem:* ergo conuertitur in substantiam aliti: quæ conuersio substancialis dicitur nutritio, & in fine capit is, ait, *alimentum in fine transmutationis, esse simile viuenti:* ergo id est, quia conuertitur in eandem substantiam. Deniq; ratio huius est: quia alimentum, quod animal sumvit, disponitur ab ipso viuenti, ibique viuens introducit qualitates, & dispositiones, sibi cōnaturales, sicut non alia ratione lignum conuertitur in ignem, nisi, quia introducuntur in illo dispositiones cōnaturales ignis;

Disputatio III. Huius libri, de agumentatione, & nutritione.

IN hac disputatione, illud in primis supponendū est, quod & si nomen augmentatio minus proprie ad qualitates transferri possit, illæ enim per intentionem quodammodo dicuntur augeri, saltem intensiue, immo & extensiue per partes extensionis, quas habent sibi extrinsecas, ut disputatione præcedenti dictum est; tamen propriè loquendo, & ex communis huius vocabuli, augmentatio tantum versatur circa quantitatem, quam maiorem efficit, sicut nutritio cir-

ignis: ergo propter similem quantitatem, motus vero loca-
rationem, alimentum sèpè con- lisi terminatur ad præsentia lo-
ueritur in substanciali alii, ca: ergo istæ mutationes sunt
& ita reuera datur illa actio maximè diverse, & quanvis si-
substancialis, quæ appellatur mult tempore, quo, quis auge-
nutritio. tur mutet locum, tamen augmē-
tatio, prius natura est, quām

Secūdo, & est ratio D. Tho.
1.p.q. 119. artic. 1. quia viuens
habet virtutem ad producendā
substantiali sibi similem per
generationem substantialem:
ergo multo melius habebit vir-
tutem ad producendam substā-
tiam sibi similem intra se per
nutritionem. Patet consequen-
tia, quia si semen separatum à
viventi producit vivens, eo
quod est virtus viventis, à quo
decissum est, ergo multo me-
lius poterit ipsum per se repa-
rare suam substantialiam, alteram
sibi similem producēdo per nu-
tritionem.

Hoc supposito circa primum
quod inquirit quæstio, scilicet,
vivum augmentatio differat à
reliquis motibus, optimæ sunt
differentiæ, quas adducit Arist.
in hoc capite, neq; opus est illas
iterum repetere: solum circa
secundum aduertendū est, quod
“quando vivens augetur, quod
secundum partes mutat locum,
non est eadem actio, augmen-
tatio, & motus localis, sed po-
tius duplex, quanvis vtraq; si-
mul tempore fiat, quia augmē-
tatio terminatur ad vniendam

quantitatem, motus vero loca-
tionem, alimentum sèpè con- lisi terminatur ad præsentia lo-
ueritur in substanciali alii, ca: ergo istæ mutationes sunt
maximè diverse, & quanvis si-
mult tempore, quo, quis auge-
tur mutet locum, tamen augmē-
tatio, prius natura est, quām
motus localis, ex eo enim, quod
vivens per augmentationem
acquirit maiorem quantitatem,
ideo magis dilatatur in ordine
ad locum, & ita augmentatione,
prius natura est, quām motus
localis.

Est tamen dubitatio, vivum
vivens in augmentatione dica-
tur moueri localiter ratione
partium de nouo aduenientiū
per augmentationem, an vero
ratione partium præexistentiū.
Respondetur, aliud esse, id
quod mutat locum, aliud vero,
id ratione cuius mutatur lo-
cus. Vnde partes præexisten-
tes dicuntur mutare locū, non
quidem, quia ipsæ non perma-
neant in eodem loco, in quo an-
te erant, sed quia, dum conti-
nuantur cum quantitate adue-
niente per tales continuatio-
nes fiunt maiores, & ita maio-
rem locum occupant, quām
antea occupabant, & ita partes
aduenientes, sunt ratio, quare
præexistentes maiorem occu-
pent locum, & ita dicuntur mo-
ueri: id tamē, qđ occupat nouū
locum, sunt partes præexisten-

Super I. lib. de gener. & corrupt.

tes. Addotamē, partes, adueniētes mutare locū, id est, maioriē occupare locū quā antea. Ratio est, quia imparibus substancialibus, quae adueniunt per nutritio nem generantur pori, vt ibi in tret alimentum ad nutriendas

illas partes, & ita tales partes dilatantur, adq; adeo maiorem occupant locum, quam antea.

Difficilius ergo est, primum, quod inquirit quæstio, scilicet qua ratione nutritio, & augmentatio inter se distinguantur. Plures enim existimant, nutritionem non esse diuersam, ex natura rei, ab augmentatione, sed potius per eandem substancialē actionē, qua acquiritur substantia noua, quæ actio est nutritio, pereandem prorsus actionem secundario acquiri quantitatē nouam, & ita appellari augmentationem, sicut etiam existimant, passionē eadē actione produci, qua producitur essentia. Tenet vall. 7. contro. 29. indicat etiam Marsilius hoc libr. quæst. 10. Et fundamentum esse potest. Primo ex Arist. hoc cap. text. 41. vbi dicit, nutritionem, & augmentationem esse eadē actionem subiecto, id est, eandem re, quia si tantum vellet, quod augmentatio, & nutritio habeant idem subiectum in hæsionis, idem dicere posset de augmentatione.

ne, & alteratione, quia utraque actio habet idem subiectum, ut infra dicetur: ergo cum id peculiariiter dicat de nutritione, reuera intendit nutritionem esse actionem eandem realiter cum augmentatione.

Secundo quia in generatione totali alieuius substantiaz, præter illam actionē, qua producitur substantia, nulla est alia ad quantitatem in nostra sententia: ponimus enim eadē numero quantitatē, quæ præfuit in corrupto, manere ingenuo, & ita nō est specialis actio terminata ad quātitatem: ergo neque in generatione partiali, quæ est nutritio, erit aliqua specialis actio circa quantitatē, diuersam ab ipsa nutritione.

Patet consequentia, quia sicut in generatione totali, quantitas totalis, quæ præfuit in corrupto, eadem sine noua actione manet in genito, ita innutritione, eadem quantitas, quæ fuit in alimento, manet postea in viue ti, quātitas enim nūquā producitur in nostra sētētia, est enim coqua materię, atq; adeo, eadē in illa manet in omni augmentatione, vel quauis mutatione.

Nihilominus dico primo, Nutritionem, & augmentationem esse actiones realiter, & essentialiter diuersas inter se. Tener. S. Tho. q. Phy. text. 10. &

14. Albertus de Saxonia hoc lib. q. 4. & 5. Physic. q. 4. Perreir. lib. 14. Physic. c. 2. Toler. hic q. 8. Banez. q. 1. & colligitur ex Arist. s. Phisic. text. 10. vbi afferit, ad quātitatem, dari per se motum, minime vero ad substantiam, sentit ergo, augmentationē, & nutritionē, esse actio- nes ex natura rei diuersas.

Erratione probatur: quia in sententia afferentiū, quantitatē produci de nouo in augmentatione, reuera augmentatio ha- bet terminū realiter diversum an nutritione, eo quod nutritio terminatur ad substantiam par- tialem producendam, augmen- tatio vero producit quātitatem, quę realiter distinguitur à sub- stantia, vt sępe diximus: ergo in hac sententia necessario fa- tendū est augmentationē rea- liter distingui à nutritione. In nostra vero sententia, qua affer- rimus, quantitatē non produ- ci de nouo, ac proinde terminū formalē augmentationis esse v- nionē vni quātitatis cum alia.

Idē etiā facile probatur: quia nutritio terminatur ad substan- tiā partiale, augmentationē vero ad vniendā quantitatē alimenti cum quātitate viventis, vnitiuū autem vnius partis quantitatis cū alia: necessario est accidens, quia non possunt duo accidētia partialia, vni per aliquid sub-

stantiale: sed accidens, & substā- tia semper distinguntur realiter, vt sępe diximus, quia accidens pendet à substantia in- genere cause materialis: impos- sibile autem est causam, & effe- ctum, esse idem realiter: ergo augmentationē, & nutritio ha- bent terminos realiter diver- sos, atque ad cōdū, sunt actiones realiter diuersae. Quod vero distinguntur etiam essentialiter ex eisdem principijs colligi- tur, quia nutritio terminatur ad substantiam, augmentationē vero ad accidens, scilicet, ad vnitium vnius quantitatis cū alia; ergo sunt actiones realiter diuersae, tanquam actio substā- tialis, & accidentalis.

Dico secundō: nutritionē etiā distingui realiter à generatione quę est productio totalis substā- tię. Ratio est, quia per nutritio- nē aduenit substatię noua pars: sed talis pars realiter distin- gitur à substatię præexistē, quia potest vna realiter separari ab alia, quia ante nutritionē erat substatię, quę postea per nutri- tionē aduenit: ergo nutritio, & generatio sunt actiones realiter diuersae.

Difficili tamē est, vrū nutri- tio, & generatio, sint actiones specie, & essentialiter diuersae, quorundam enim sententia- est, non distingui essentialiter,

quia

Super I. Lib. de gener. & corrup.

quia generatio, & nutritio non habent terminos essentialiter diuersos: ergo non distinguntur essentialiter. Antecedens probatur, quia terminus generationis est totalis substantia, quæ producitur ex priuatione sui, tanquam extermino à quo: terminus vero nutritionis est pars substatiæ, quæ additur præ existenti, quæ etiam fit ex priuatione sui; sed pars substatiæ, & tota substantia, non distinguntur specie, secundum magis, & minus, quod non variat speciem: & proinde, nec priuatio totius substatiæ, & priuatio partis substatiæ, quæ sunt termini à quo specie differunt; quia priuationes distinguuntur per habitus, quibus priuant: ergo generatio, & nutritio habent eosdem terminos ad quos, & à quibus secundū speciem: ergo non distinguntur essentialiter.

Nihilominus dico tertio: Nutritionem, & generationem esse actiones specie & essentiæ ter diuersas. Quā conclusionē vt probemus, supponamus opportet, quæ actiones intercedat in generatione totali: quæ vero intercedat in nutritione: in generatione enim præter alterationem, & corruptionem substanciali de quibus modo nō agimus, tantum est vnica tota-

lis actio, quæ producit formam unitam materię, licet, partialiter sit diuisibilis, quia sicut modus vno natus, & forma, distinguitur realiter, ita postulant actiones, saltem partialiter diuersas, ita vt non fiant per eandem in diuisibilem actionem, nec est alia actio substancialis in generatione.

Tamen in nutritione plures actiones partiales inueniuntur, omissa prævia alteratione alimenti, & corruptione substanciali illius, de quibus etiam nos agimus. Quia imprimis, cum in nutritione materia alimenti vniatur & continetur cum materia viuentis, medio quodam indiuisibili substanciali de nouo producto, talis actio substancialis est, vnit enim duas partes substanciales materię, medio quodam indiuisibili substanciali producto. Præterea, est productio partialis formæ, quæ producitur in materia alimenti, quæ rursus non est omnino indiuisibilis, vt in simili diximus de generatione, cum modus vno natus ipsius formæ partialis, & forma ipsa partialis, nō possint fieri eadem prorsus indiuisibili actione, cum sint entitates reæliter diuersæ.

Præterea, est alia actio substancialis vniens formam partialē productam cum forma præexistenti,

stanti, medio quodam indiuisibili substanciali, verum est, quod in homine in quo forma est indiuisibilis, & ingenerabilis, non intercedunt tot actiones innutritione, solū enim intercedit actio vniens materiam alimenti cū materia hominis, & actio vnitiva animæ rationalis cum materia alimenti, quæ de novo aduenit, quæ actio producit novā partem modi vniōnis, & anima rationalis indiuisibilis manens extēditur ad informandā nouām materiam; tamē in alijs formis diuisibilibꝫ omnes productiones inueniuntur.

Secundo notandum est, omnes actiones connumeratas essentialiter includi innutritione, ita quod nutritio essentialiter dicat omnes illas actiones. Ratio est, quia nutritio est conuersio alimenti in substantiam aliti: sed in conuersione alimenti in substantiam aliti in time includuntur omnes illæ actiones, scilicet quod materia alimenti vniatur cum materia viuentis, & quod ex materia alimenti educatur pars formæ viuentis, & quod hæc pars formæ vniatur cum forma præexistenti, ergo nutritio formaliter includit has omnes actiones.

Sed obijciunt nonnulli: ex hoc sequi, nutritionem esse vnu per

accidens, & non esse vnam si m plie actionem, siquidem essentialiter includit tot actiones cōnumeratas. Respondeatur tamē in primis, verū esse, quod nutritio non sit vnicā simplex actio, cum essentialiter cōponatur ex illis actionibus partialibus iam enumeratis: simplex autē illud dicitur, quod caret compositione partium. Nec hoc habet in conuenies aliquod in Arist. vel in ratione, quia sicut illud, quod resultat in mutatione, scilicet, noua pars viuentis, non est aliquid simplex, sed potius integratur ex materia alimenti, & partiali forma producta, & etiā ex partiali modo vniōnis, vniētē formam illam partialem cū materia, ita nec mirū est, actionem productivam illius, esse simplicem aliquam actionem; sed potius ex pluribus partialibus compositam; negetamen actionem illam totalem esse unum per accidens. Ratio est, quia non integratur ex pluribus actionibus totalibus, quarum qualibet sit completa: sed potius ex pluribus partialibus. Ratio est, quia de actionibus eodem modo philosophandum est, sicut de terminis per illas productis. Hac enim ratione, quando aqua generatur, sicut in illa sunt plures partes integrantes vnam aquam tota-

Super I. lib. de gener. & corrup.

lem, quæ est vnum ens perse, ita omnes illæ partes non sunt vnicam indiuisibili actione, sed pluribus partialibus constitutis vnicam continuam generationem totalem. Similiter forma, & modus vniōnis, vniōea totali actione producuntur, integrata ex pluribus partialibus, sicut forma ipsa, & modus vniōnis respectu termini totalis, quod est compositum habent rationem partis, sic ergo ille partialis modus vniōnis, qui in nutritione producitur, & partialis forma, & vno materia alimenti cum materia viuentis, sunt entia partialia, ordinata ad integrandam quandam partem viuentis vnitam præexistentibus, & cum illis componentem vnum perse; ita actiones illæ omnes, sunt partiales cōponentes quidem vnicam totalem actionem perse, cuius adequatus terminus est noua pars viuentis, ex illis partibus iam connumeratis integrata, quæ totalis actio, dicitur nutritio.

Et si inquiras, quem ordinem habeant inter se illæ tres actiones partiales, ex quibus integratur nutritio, scilicet productio partialis formæ, & vno materia alimenti cum materia viuentis, ac formæ partialis cum forma præexistenti.

Respondetur in primis, hæc omnia simul tempore fieri, quia viens, non potest introducere suam formam in materia alimenti, nisi illam sibi vniat, aliæ enim conuerteret alimentum in suam substantiam.

Nihilominus dico secundum esse aliquem ordinem naturæ inter illas actiones ita ut prior natura sit productio formæ viuentis in materia alimenti, quæ continuat materia alimenti, cum materia viuentis, & forma partialis producta cum forma præexistenti. Ratio est, quia ea quæ specie differrunt, non possunt continuari inter se, & ita, ut continentur prærequiri debet, quod sint eiusdem rationis: ergo prius natura est actio illa, qua forma viuentis introducitur in materia alimenti per quam alimentū fit simile vienti, quæ sint aliæ duæ actiones: altera, qua vnitur materia alimenti cum materia viuentis: altera qua vnitur forma partialis producta, cum forma viuentis præexistenti: inter has vero duas actiones vnitivas, est etiā ordo naturæ, quia ut vidimus, 6. Physi. indiuisibilia formæ subiectantur in indiuisibilibus materiæ, sicut tota ipsa forma subiectatur in materia; ergo indiuisibile formæ de nouo

nouo productum, cōtinuatiū vnius partis formē cum alia, debet subiectari in indiuisibili materiæ de nouo producto, quod continuat materiam alimenti cū præexistenti; sed omne subiectum est prius natura ipso quod in illo recipitur: ergo prius natura est vnitio materiæ, quām vnitio formæ.

His ergo principijs suppositis efficaciter potest probari cōclusio supra posita, scilicet, nutritiōne essentialiter distingui à generatione. Ratio est, quia generatio, tantū dicit actionē productiū formæ in materia, non vero continuationē vnius formæ cū alia, & vnius materiæ cū alia, sed huiusmodi actiones cōtinuatiū essentialiter includunt in nutritiōne, quia viues non potest nutriti ratione partis separata ab illo: ergo nutritiō essentialiter differt à generatione, & per hoc facile soluitur argumentum contrariae sententiae, quia quanuis pars viuentis, quæ per nutritiōnem producitur, sit eiusdem speciei cum ipso viuenti producō per generationem, tamen non est sola illa terminus, qui fit per nutritiōnem, sed indiuisibile formæ, & in diuīsibile materiæ, quibus cōtinuantur, cum materia, & forma viuentis, & ita intermis-

no aquo præcedit etiam priuatio formæ generandæ in materia, & priuatio illorum indiuisibilium, in generatione autem, solū præcedit priuatio formæ generandæ.

Dico quarto in haec quæstionē, non omnes nutritions esse eiusdem speciei, sicut nec omnes generationes, quia si eut generatio equi, & generatio leonis distinguuntur specie propter diuersos terminos vtriusque actionis, ita nutritiōnes illorum distinguuntur specie, quia producuntur per illas formæ partiales diuersæ rationis, quæ per consequens habent continuata diuersæ rationis, quibus una forma cōtinatur cum altera, circa dicta 6. Physi. ergo nutritiōnes substantiarum specie differentium distinguuntur specie. Vtrum autem omnes augmētationes sint eiusdem speciei, dicam quæst sequenti.

Tandem ad argumenta, eorum qui contedunt, augmentationē & nutritiōnē non esse mutationes realiter diuersas. Et in primis. Ad Arist. respōdetur, quod cū docet augmētationē, & nutritiōnem, esse eandē actionem subiecto, loquitur de subiecto non in quo sed ex quo, quasi dicat, tā nutritiōnē, quā aumentatiōnem fieri ex eodē alimēto,

Super I. Lib. de gener. & corrup.

quia ut postea idem explicat, idem alimentum, in quantum substantia nutrit, & in quantum est quantum auget.

Ad secundam, esse diuersam rationem de generatione, & nutritione, quia quando aliquid generatur de nouo, eadem omnino quantitas, quæ præfuit in corrupto, manet ingenuo, nec ibi intercedit continuatio duarum quantitatuum, & præter actionem illa, quæ est ad substantiam non datur alia ad quantitatem, quando aliquid generatur; tamen quando aliquid nutritur, qualis non producatur de novo quantitas (hęc enim nūquā producitur ut sēpē dixi) tamen intercedit continuatio quantitatis alimenti, cum quantitate viuentis, & ita, quando aliquid nutritur præter nutritionē, quæ est actione terminata ad substantiam, datur alia actione, scilicet augmentatione terminata ad quantitatem, non quidem ad quantitatē producendam, sed ad uniuersam quantitatem alimenti cum quantitate viuentis, quia sicut dicimus, motum localem tendere ad locum, non quod motus localis producat locum: potest enim locus supponi iam factus ante motū localem mobilis, sed terminatur ad locum acquirendum: ita enim augmentatione terminari poterit ad quan-

tatem, non quidem producendam, sed uniuersam. Et hęc de hac quæst.

Quæst. II. Quid, & quotuplex sit augmentatio, & diminutio.

Circa primum, scilicet, quid sit augmentatio, & diminutio: Cum essentia & quiditas motuum cognoscatur propter terminos, videndū est, quid sit terminus aquo & adquę augmentationis & diminutionis. Et quidem prima & cōmuni Thomistarū sententia asserit. Terminum ad quem augmentationis esse partialel quantitatē, qua viuens sit maius, quam existimant produci per augmentationem: cum isti autores non possent quantitatem coeuā materię primę, ut nos ponimus, terminū vero aquo augmentationis dicunt esse minorem quantitatem, non prout significat carenciam maioris quantitatis, sed prout dicit modum quendam minoritatis, scilicet, qualiter est tanta, & non maior.

De diminutione vero dicunt, esse actionē quādam, nō quidē corruptivam, sed productivam, ut in simili de remissione supra retulimus, & ita dicunt, terminū aquo diminutionis, esse quantitatē illa maiore, quæ est in termino aquo diminutionis: terminū vero ad quę, dicunt esse:

esse minorem quantitatem, nō prout dicit priuationem maioris, sed prout dicit modum quēdam posituum minoritatis, op̄ positum majoritati, quæ p̄fuit in termino ad quem diminutionis.

Verum tamen, res hæc, sup̄positis his, quæ in simili diximus de int̄sione, & remissione qualitatū, facile, & breuiter expediri potest: vnde, dico pri mo. Terminum à quo augmentationis esse minorem quantitatem, prout dicit carentiam maioris quantitatis acquirendæ per augmentationem, & hinc sit, terminū à quo, & ad quem augmentationis, non esse verè contrarios, sed potius priuatiuē oppositos, cum hoc tamen, augmentatione est motus propriæ dictus, & perse successivus, quia quamvis terminus à quo augmentationis, non sit formaliter aliquid posituum, tamen augmētatio, ex vi termini ad quem habet sufficientem causam, ut sit perse successiva, quia quantitas acquirendæ ratione sui, habet partes, extra partes inter se distantes, quæ successiuē acquiruntur ratione sui, & ita est motus propriæ dictus, Arist. autem, vt dixi. 3. &. 5. Physi nunquam docuit, motum propriæ dictum debere esse inter extrema proprie contraria, alias falso diceret, augmentationem esse motū propriæ dictum, quia secundū ipsum, capite de quantitate, quantitatini nihil est contrarium proprie loquendo, lo-

terminus ad quem maior quantitas sumpta pro relatione, quia ad relationem, non datur perse motus, ergo neq; est terminus à quo minor quantitas pro relatione minoritatis: ergo restat dicendum, terminum à quo augmentationis, esse minorem quantitatem, prout dicit carentiam maioris quantitatis acquirendæ per augmentationem, & hinc sit, terminū à quo, & ad quem augmentationis, non esse verè contrarios, sed potius priuatiuē oppositos, cum hoc tamen, augmentatione est motus propriæ dictus, & perse successivus, quia quamvis terminus à quo augmentationis, non sit formaliter aliquid posituum, tamen augmētatio, ex vi termini ad quem habet sufficientem causam, ut sit perse successiva, quia quantitas acquirendæ ratione sui, habet partes, extra partes inter se distantes, quæ successiuē acquiruntur ratione sui, & ita est motus propriæ dictus, Arist. autem, vt dixi. 3. &. 5. Physi nunquam docuit, motum propriæ dictum debere esse inter extrema proprie contraria, alias falso diceret, augmentationem esse motū propriæ dictum, quia secundū ipsum, capite de quantitate, quantitatini nihil est contrarium proprie loquendo, lo qui-

Super I. lib. de gener. &c corrupt.

quit, ergo de contrarietate, siue propria, siue impropria, quomodo autem, quamuis contrarietas impropria reperiatur in substantia, non detur per se motus ad substantiam, diximus loco citato, quia vel substantia, non habet partes ratione sui, (ut quidā opinantur) & ita per se, non petit successiū produci; vel certè si habet illas, ut est longè probabilius, illę nō sunt inter se distantes, nec quædam extra alias ratione sui, sed per quantitatē, ut ibi dixi, & ita per se loquendo, non petit motum successiū, ut producatur.

Dico secundo, in hac quæst. Tēminus ad quem augmentationis est maior quantitas, non ita, quod quantitas aliqua producatur per augmentationem, hæc enim nunquā producitur, sed potius producitur per augmentationem illud indiuisibile, quod vnit quantitatem alimenti cum quantitate viuentis, & quia mediante illa continua tione durū quantitatum, absq; aliqua alia productione consurgit maior quātitas, quam p̄fuit in ipso viuenti; ideo dici solet, augmentationem terminari ad maiorem quantitatē, non producendam, sed vniendā cū alia, & ita terminus adquē formalis, est indiuisibile continua gium, ex cuius continuatione

consurgit maior quantitas: unde, Arist. hoc, cap. nunquam docuit, augmentationē esse produ ctionē majoris quantitatis, sed additamētum inquit magnitudinis: & hinc vterius constat, augmentationem esse motum positivum, id est, productivum alicuius entis: patet etiam esse mutationem quandam accidentalem, & ita essentialiter diuersam à nutritione, qua producatur substantia aliqua partialis.

Dico tertio. Quāuis terminus intrinsecus, & productus per augmentationem, tantū sit indiuisibile, quodētinuat quātitatem alimenti cum quantitate viuentis, tamen terminus ad quem augmentationis, quasi extinsecus, est ipsa quantitas alimenti, nō quidē terminus productus, sed terminus acquirendus per illam. Quæ conclusio probatur à simili de motu locali, quia in opinione omniū p̄ter præsentiam localē, quæ est terminus intrinsecus, & productus per motū localem, etiā locus est terminus ilius, quia quāvis motus localis, nō producat locū, tamē terminatur ad illum acquirendū, ergo similiter, quāvis quantitas alimenti, nō producatur per augmentationē, tamē quia augmentationis terminatur ad illam acquirendam, erit quātitas alimenti terminus saltē extrin-

extrinsecus augmentationis: est enim proportionalis ratio.

Dico quartō. Diminutionē, non esse motum propriè dictū posituum, sed corruptiuū potius: non ita, quod quātitas corrumpatur, quia hæc in nostra sententia, ut sæpè diximus est coæua materiæ, & in generabilis, & incorruptibilis, sicut illa sed potius per diminutionē discontinuatur pars quantitatis, quæ erat ante vñita cū quātitate viuentis, eo quod pars aliqua substantialis, quæ antea erat viuens, conuertitur in pruum humorem, vel quid simile, ratione cuius illa pars quantitatis iam separatur à viuenti, & quia impossibile est, separari illam partem, nisi ex eo quod corrumpatur indiuisibile, quod continuabat illam cū quantitate viuentis, idè quia diminutio consistit in illa separatione, ex qua quantitas præ existens minor fit, atque adeo diminutio est actio corruptiva, & non productiva alicuius. Quam sententiam re vera insinuauit, Aristot. dicens, hoc capite, augmentationem fieri aliquo accidente, diminutionem vero aliquo recedente, ergo sentit per diminutionem, nihil ponit in viuenti, sed potius recedere, & ita diminutionem potius esse murationem cor-

ruptivam, quām productiuam alicuius entitatis.

Sed dubitabit aliquis hoc loco. Vtrum ad rationem augmentationis requiratur, quod viuens acquirat maiorem quantitatem, quām illam, quam per aliam partem deperdit. Sunt enim, qui existiment, non esse augmentationem, nisi quando viuens acquirit maiorem quantitatem, quam antea habuerit, & ita in homine, tres status, siue ætates distingui solent, alter, in quo magis acquirit, quā deperdit, & appellatur status augmentationis: alter vero, in quo tantum acquirit quantum per alias partes deperdit, & huiusmodi ætas appellatur status, quia nec decrescit, neque augeretur, alter denique, in quo magis deperdit, quām acquirit, quod contingit in senibus in quibus plures partes conuerti solent in pruos homores, quam acquirant de sua substantia, & appellatur status dimiuntionis.

Dicūt ergo, solum in primo statu, contingere augmentationem, non vero in secundo, & tertio: cuius sententiæ fundamentum est, quia augmentatione, ut nomē ipsum sonat, est quæ, aliquod augeretur, & sit maius: quādo ergo, plures partes deper-

Super. I. lib. de gener. & corrupt.

deperdit viens, quam ex alia Parte acquirat, talis actio, non erit augmentationis.

Dicendum tamen est in hac re: nomine augmentationis duo posse significari. Primo actionem acquisitionum quantitatis, non cuiuscunq; sed majoris, quam antea precesserit in viuenti, ita ut per illam simpliciter, & absolute dicatur augeri, & hoc modo, verum est, non esse augmentationem, nisi viens acquirat plus, quam deperdat: tamen alio modo sumitur augmentationis pro quavis acquisitione quantitatis, quia per quavis acquisitionem quantitatis, saltem pars illa, cui immediate additur fit maior, quamvis contingat, viens simul per aliam partem plus deperdere, & ita appellatur augmentationis, saltem respectu illius partis, quae augetur. Et quidē, quod talis motus sit augmentationis probatur, quia ut ex Arist. vidimus, tres sunt tantum motus proprii, scilicet augmentationis, alteratio, & motus localis; sed talis acquisitionis quantitatis, non est alteratio, nec motus localis, ut patet: ergo est motus augmentationis.

Et hinc etiam facile solvit aliud dubium, quod hoc loco disputari solet. Vtrum, scilicet, in quantitate, detur aliquis

alius motus pr̄ter augmentationem, & diminutionem, videtur enim, quod concedendus esset alius motus medius, terminatus ad quantitatē, quia augmentationis terminatur ad maiorem quantitatem, & diminutio ad minorem: sed inter maius, & minus datur medium, scilicet, æquale, ergo inter augmentationem, & diminutionem, datur motus medius: terminatus ad quantitatē æqualem. Responderetur, motum acquisitionum quantitatis æqualis cum illa præexistenti, re vera esse augmentationem, saltem respectu illius, quod crevit, & æquatur cum alio, ut enim diximus, per quamvis acquisitionē quantitatis, quamvis fortasse totum ipsum viens, non fiat maius, si contingat plus per aliam partem de perdere, tamen saltem respectu illius partis, cui immediate additur talis quantitas est augmentationis, quia illa fit maior per talem additionem.

Circa secundum, quod inquit questione, scilicet, quotuplex sit augmentationis: notandum est ex communi Phylosophorum consensu, augmentationem esse duplē, aliam, quae fit per intus sumptionem, qualis reputatur in viuentibus; quia vientia augmentur sumendo intra se alimentum, quo nutriuntur,

yel

Vel pér os, vt animalia, vel saltem per radices, vt arbores humorem ex terra quendam per radices percipiunt, illoq; augē tur: alia verò est augmentatio per iuxta positionem, quæ reperitur in non viuentibus, ignis enim, non augetur per ali- quid intrasē sumendo, sicut vi uens, sed per iuxta positionē, quia dum iuxta illum ponūtur combustibilia, illa in suam sub stantiam conuertit, & ita fit maior. Quod verò in non viuen- tibus, etiā reperiatur sius mo- tus augmentationis. Patet, quia non viuentia postquam iam pro- ducta sunt, etiam augentur tam in substantia, quam in quantita te, saltem per iuxta positionē, ergo actio, qua substantia auge tur erit nutritio, & actio, qua quantitas augetur, erit aug- mentatio.

Dubium tamen est. Vtrum augmentatio, & nutritio non viuentium, differant specie ab augmentatione, & nutritione viuentiū. In quo, dico primo: nutritionem, non viuentium es- sentialiter differre à nutritio ne viuentium, impropreq; ap- pellari nutritionem. Probatur prima pars conclusionis, quia nutritions distinguntur per diuersos terminos; sed per nu- tritionem viuentium produci- tur substantia viuens, & termi-

nus à quo est priuatio illius, in non viuentibus verò, produceat substantia in animata, & terminus à quo est priuatio talis sub stantiae: ergo tales nutritions habent terminos ad quos, & à quibus specie diuersos, atque adeo specie distingūtur. Quod verò nutritio, non viuentium minus proprie dicatur talis. Probatur, quia nutritio, ut supra vidimus, non tantum dicit productionem nouæ substancie, sed unionem illius cū substancia præexistenti, ita quod, hæc duo semper sint conexa, quia cum forma viuentis, non possit esse, nisi in certa quadam quantitate, quando per nutri- tionem viuentis producitur exā gua pars substantiae, necessarij est, illam vniri cum sub- stancia præexistenti, quia mate ria rā parua est, quod forma vi uentis, non possit cōseruari in illa separata, at verò in nō viue- tibus talis vnio substantię par tialis producere per accidēs est, quia cum non habeat minimū, sed possit eorum forma, in qua uis exigua partie separata con seruari, ideo quod partes de no uo producere vniuantur cum il- lis per accidens est, ita ut talis vnio, nō consequatur per se ad illam productionem; sed nutri- tio dicit essentialiter, non solū productionē nouæ substantiae,

Super I. lib. de gener. & corrup.

sed conuersiōnem illius in propriam substantiam: ergo nutritio, non viuentium minus proprie participat rationē nutritionis.

Dico tamē secundō: augmentationem, non viuentium eiusdem speciei esse cum augmentatione viuentium, & ita imperfectione essentiali æqualem esse utraq; augmentationem. Ratio est facilis, quia quantitates viuentium, & non viuentium eiusdem specie sunt, atque adeo, & indiuisibiliavtriusque: sed augmentatio, vel terminatur ad quantitatē producendam, vt tenet communis opinio, vel secundum nos terminatur ad vniendam quantitatē, medio quodam indiuisibili, quod non differt specie, inuentibus, & non viuentibus, ergo utraque augmentatio, est eiusdem speciei, & æqualis in perfectione essentiali.

Addo tamen, secundum quādam perfectionē accidentalē, augmentationem viuentiū esse perfectiorem augmentatione, nō viuentiū. Ratio est, quia in augmentatione viuentiū est distributio quædam alimenti per varias partes animalis. Et præterea producitur per illum augmentum debitum, vt viues perfectere possit suas operationes ex cere, ut verò augmentum,

non viuentium, non est illis ali qua ratione debitum, cū ex se non postulent certā, & determinatam quantitatē, qualis requiritur ad perfectam organizationem viuentium, vnde Aristot. hoc, cap præcipue agit de augmentatione viuentium, vt quæ magis propria est. Et hæc de hac quæstione.

Quæst. III. Vtrum augmentatio, & nutritio sint motus continuui, & propriè diti.

DV O B V S modis potest intelligi augmentationem, & nutritionē, esse motus continuos. Primo, vt continuum sit, idem quod perpetuū, quod est querere, vtrum augmentatio, & nutritio perpetuo dureant. Secundo, ita vt, quamvis non perpetuo durent, durent tamē tempore aliquo continuo, ita ut non fiant per sola instantia temporis.

Circa primum, certū est augmentationem, & nutritionem, non semper durare, absque interruptione, & ita non esse motur perpetuos, tum, quia saltem, quando animal perit, pereunt etiam suæ operationes, quales sunt augmentatione, & nutritio, vel quia fortasse, non adest debitum alimentum, vel quia

quis, non semper adest debita dispositio, ut alimentum convertatur in substantiam aliti, & ita nutritio, & augmentatio, non durant perpetuo.

Sunt tamen ad hoc propositionem difficilia verba, Arist. hoc capite paulo ante finem, ubi dicit. *Vivens quandiu, vivit semper nutritur, non tamen semper augetur.* Respondeatur tamen, Aristot. in primis, non intende re, quod animal semper, & abs que interruptione nutriatur, sed aduersum; semper, distribuit pro qualibet etate, ita ut sit sensus; in qualibet etate vivens nutriti, dum semper convertit alimentum in suam substantiam.

Dum tamen dicitur, non semper augeri, non loquitur de augmentatione, prout significat quamlibet acquisitionem quantitatis, hanc enim necessario habet animal semper, quod nutritur, quia impossibile est, alimentum converti in substantiam aliti, quod sit per nutritionem, nisi quantitas alimenti, illo corrupto, vniatur cum quantitate viuentis, in quo consistit ratio augmentationis. Loquitur ergo, Aristoteles, de augmentatione, prout significat actionem, qua totum vivens sit maius, ita ut crescat

totum, & hanc dicit, non semper habere quan diu viuit, solum enim crescit animal, usque ad determinatam etatem: unde optimè dicit, animal in qualibet etate nutriti, id est, convertit alimentum in substantiam aliti, non tamen semper augeri, quia aliquando plus deperdit, quam per aliam partem acquirit.

Questio ergo principue habet difficultatem, in secundo sensu, verum, scilicet, nutritio, & augmentatio sunt motus continui, id est, durantes tempore aliquo continuo. In quare, prima sententia est, asserentium, nutritionem, & augmentationem, non esse motus continuos, sed potius fieri per instantia, ita ut alimentum tempore disponatur, ut convertatur in substantiam aliti, & transacta tali alteratione in instanti fiat conuersio alimenti in substantiam viuentis, & per consequens, etiam augmentatio simul fit cum nutritione, & idem dicendum est de singulis partibus alimenti, ita ut in tempore disponantur ad corruptionem, deinde vero in instanti sequenti convertatur in substantiam aliti per nutritionem. Docet Auerroes,

Super I.lib.de gener. & corrupt.

8.Phys.coment. 23. Tolet. hic quæst. 11. & videtur sententia S. Thom. 8.Physi.super tex-tum. 23, ubi dicit, impossibile esse aliquid augeri tempore continuo, ita ut in qualibet parte temporis illius, aliquid augeatur imo, Arist. textu illo. 23. videtur id docuisse, dum dicit, impossibile esse aliquid continuo augeri.

Et rationibus videtur sua-deri hæc sententia. Primo, quia nutritio incipit finita altera-tione prævia, qua alimen-tum dispónitur ad corruptio-nem, sed talis alteratio durat per tempus, quia ut vidimus capite precedentem, alteratio est motus successivus: ergo in in-stanti, quo finitur talis alte-ratio, incipit nutritio, & aug-men-tatio, quæ fit simul cum illa.

S E C V N D O, quia for-ma viuentis requirit mini-mum, ut vidimus, quinto Phy-sicoru, sed quæ incipiunt in mi-nimo incipiunt in instanti, quia producuntur incerta, & deter-minata quantitate, atque adeo non in minori, & minori suc-cessivè: ergo cum semper per nutritionem producatur for-ma viuentis, sequitur nutritio-nem in instanti esse.

Tertiò, & est difficultas ratio,

quia si nutritio fit successiuè in tempore: ergo in instantibus continuarius illius temporis est iam conuersa aliqua pars cibi, saltem, ut tanta, & in par-tibus sequentis temporis con-ueruntur aliae partes cibi: er-go ideo in illo instanti, non conuertitur pars alimenti, quæ restat, in substantiam aliti, quia non est dispositio neces-saria ad tales conuersionem: vel ergo in tali dispositio-ne deficit aliquid diuisibili-le, vel indiuisibile; si diui-sibile: ergo indiget tempore diuisibili, ut per alteratio-nem diuisibilem fiat, atque adeo falsum erit dicere, im-mEDIATE post tale instans, esse faciendam conuersionem partis alimenti restantis: si autem in tali dispositione def-ficit aliquid indiuisibile: er-go fit in instanti indiuisibili, atque adeo falsum erit di-cere, quod alimentum tem-pore sequenti, sit ultima-te disponendum ad corrup-tionem: ergo nunquam est verum dicere immediate post hoc erit nutritio, & ita non fit in tempore, sed in in-stanti.

Q V A R T O, quia, ut ci-bus conuertatur in substati-am aliti requiritur certa aliqua dif-

dispositio, quæ sit tanta et non minor: sed dispositio ut tanta incepit in instanti, quia ut sic est indiuisibilis: ergo nutritio quæ incipit quando est ultima dispositio ad illam, etiam incipit in instanti.

Quintò de augmentatione est peculiaris, & difficultis ratio: quia ut haec tenet diximus, augmentatio non terminatur ad producendam quantitatem, sed ad vniendam quantitatem viuentis, & quantitatem alimenti; sed illa continuatio fit medio quodam indiuisibili continuatio producendo, sed indiuisibile in instanti producitur: ergo talis vno fit in instanti, atque adeo augmentatio fit in instanti.

Hic tamen non obstantibus, dico primo: Nutritionem esse motum continuum. Tenet Marsilius hic. q. 14. Albertus de Saxonia, q. 13. Iadunus. 8. Phys. q. 7: Sot. 1. Physic. q. 4. & 6. Physic. q. 6. Banez, hic. q. 2. Et ratio est facilis, quia tunc fit conuersio alimenti in substantiam aliti, quando est ultima dispositio sufficiens ad illud corrumpendum, illudque conuertendum in substantiam viuentis: sed talis dispositio successiue introducitur, & continuo in diuersis partibus materiae alimenti continuis (nec enim potest

calor v. g. ut Sex simul in toto a materia alimenti introduceatur, quia successiue & continuo transmutantur partes alimenti in substantiam aliti, atque adeo nutritio est motus successiuss, & continuus.

Dico secundo: Nutritionem esse motum successuum & continuum per accidens, atque adeo non esse motum propriè dictum, motus enim propriè dictus perse, successius debet esse, & non per aliud. Hanc conclusionem etiam tueruntur autores citati in prima conclusione, estq. communis. Physicæbi Aristi negat ad substantiam dari per se motum propriè dictum. Ratio autem est, quā ibi diximus: quia etsi substantia, quæ per nutritionem producitur habeat proprias partes, tamen illæ partes eum citra quantitatem non sint qualitatis, & molles, non sunt necessario partes extra partes, & ita non habent inter se distantiam requisitam ad causandum motum successuum, atque adeo substantia quā tum est de se, non habet sufficientem causam ad causandum motum successuum, solum ergo nutritio fit successiue per accidens, ratione præuiæ alterationis, quia seilicet materia alimenti paulatim per partes disponitur, ad recipiendam formam

Super I. lib. de gener. & corrupt.

formam viuentis , quia cum talis materia habeat partes extra partes , ratione quantitatis , hinc successiue , & paulatim disponitur : ergo nutritio est successiva per accidens , atque adeo non est perse motus proprio dictus .

Dico tertio : Augmentatio est motus perse continuus & proprio dictus ex communi sententia , quam autores citati prima conclusione tuentur : imo est sententia expressa Aristot. 6. Physicor. textu. 49. vbi codem modo asserit de motu locali , & de motu augmentationis , quia uterque motus in continuo est , & non datur in illis prima pars , & primum mutatum esse : ergo sicut motus localis est perse continuus , & proprio dictus , ita augmentatio : imo & Sanct. Thom. qui in contrariam sententiam adduci solet , idem expresse docet super eundem textum , fateor tamen , locum in contrarium adducendum difficile explicari posse , nisi fortasse , Sanctus Thomas vellet , motum augmentationis , non esse motum continuum , id est , perpetuum : hanc fuisse mentem Aristot. textu illo. 23. 8 Phys. infra ostendam .

Ratione autem probari potest praedicta conclusio , quia

augmentatio terminatur ad aquam quodam nouam quantitatem , ex eo quod quantitatem alimenti uniat cum quantitate viuentis , talis autem quantitas successiva acquiritur , quia cum ex se habeat partes extra partes , ratione sui , petit quod alimentum paulatim , & per partes disponatur ad conuersationem in substantiam aliti , ac proinde ad augmentationem , que simul fit : ergo augmentatio ex vi quantitatis ad quam terminatur , saltem acquirendam , licet non producendam est motus successivus ; ergo & perse est successivus : quia quod conuenit motui ratione terminorum inter quos versatur , perse illi conuenit , quia perse est via , respiciens tales terminos , atque adeo est motus continuus proprio dictus .

Sed obijcies quia dum aquae duæ continuantur in instanti contadus continuantur , & ita in instanti producitur superficies continuativa illarum : ergo similiter , quantitas alimenti in instanti potest uniri cum quantitate viuentis , ita quod in instanti producatur superficies continuativa illarum quantitatum . Respondeatur , esse diuersam rationem : quia cum illæ duæ aquæ , & illæ substanciali , sint omnino similes :

similes, & fluidæ, sufficit contactus, vt continuentur, absque alia alteratione prævia: vnde quia contactus sit in instanti, in quo finitur motus localis, ideo in instanti continuatur illæ duæ substantiæ, ac per consequens, quantitates illarum, etiam in instanti continuantur: quia tamen substantia alimenti est dissimilis cum substantia viuentis, non potest continuari cum illa, & ita opus est, quod corrumperetur, & conuertatur in substantiam alitum, quæ corrupcio fit media alteratione successiva; quia ergo quantitas alimenti non potest continuari cum quantitate viuentis, donec alimenum conuertatur in substantiam alitum, aliás eadem quantitas esset in duabus substantijs, ideo non potest viriri in instanti quantitas alimenti cum quantitate viuentis.

Etsi instes, ex hoc sequi, augmentationem esse per accidens successivam, quia alimenum non potest in instanti corrumpi, & conuerti in substantiam alitum. Respondeatur adhuc, illam alterationem, ideo esse successivam quo ad extensionem, quia quantitas alimenti habet partes extra partes, & ita necessarium est

successiuè disponi, & quia qualitas alimenti est terminus a quoem augmentationis, non quidem, producendus, sed acquirendus, ideo augmentatione ex visu termini ad quem habet successionem propriam & ita perse.

Ad argumenta contrarie sententie respondeatur, & impri- mis ad Diuom Thom. qualiter interprætandus sit, vt verum dicat, & ne sibi contradicat, dum 6. Physicorum, super textum. 4.9. expresse afferit, augmentationem esse motum continuum iam, supra explicui.

Ad Aristotel. autem, quod cum ibi afferit impossibile esse aliquid continuo augeri, idem est continuum, quod perpetuum, & ita tantum intendit augmentationem non esse motum perpetuum: Agit enim Aristot. contra Hæcclitum afferentem omnia semper moueri, & ita contra illum docet alterationem & augmentationem non esse motus continuos.

Ad primam rationem respōdetur, quod omnis forma requirit determinatam aliquam dispositionem, vt introducatur, & ita quo usque alteratio disponsans sit ante, non introducitur forma substancialis, quanuis autem illa.

Super I. Lib. de gener. & corrup:

vt tanta incipiat intensiue per primum sui esse, quia vt sic, intensiue est in diuisibilis; tamen illa dispositio, quæ intensiue est tanta: extensiue est diuisibilis, & ita quoad extensionē successiue producitur in singulis partibus materiæ, & forma viuentis simul cum illa per nutritionem, quia forma statim producitur in materia, quando adest ultima dispositio ad illam.

Vnde ad argumentum in forma respondeatur, verum esse, quod nutritio incipit post finitam alterationem præuiam, tamen alteratio prævia, quanvis absolute desinat per primum sui non esse, tamen non sequitur nutritio ad alterationem absolute, sed alterationem, vt in tanta intensione, quia requirit certam dispositionem ultimam non minorem, alteratio vero incipit esse vt tanta intensiue per primum sui esse, quia, vt sic, est indiuisibilis: sed quia rursus illa dispositio vt tanta intensiue, extensiue, & in partibus materiæ successiue introduceitur, ideo, incipit per ultimum non esse, & quia forma viuentis incipit cum illa in singulis partibus materiæ, eo quod est ultima dispositio, ideo etiam forma viuentis per nutritionem incipit per ultimam non esse.

mum non esse successiue, non autem per primum suisse, & in instanti.

Ad secundum respondeatur, quod vt vidimus tractatu de maximo & minimo, quanvis forma viuentis, quando incipit totaliter de nouo produci, requirat minimum, eo quod requirat certam, & de terminatam quantitatem ad organizazionem membrorum, quæ non potest esse in quavis minima quantitate, tamen quando producitur pars formæ per nutritionem non requirit minimum, sed fit secundum partes minores, & minores in infinitum. Ratio autem differentiæ est, quia nutritio supponit ipsum viuens productum, & ita habere organizationem sufficientem, vt conseruetur forma, & ita quidquid deinde additur potest esse minus, & minus in infinitum, nutritur autem viuens & augetur, vt melius, & perfectius eliciat suas operaciones, vt conseruetur.

Ad tertium respondeatur, verum esse, quod cum nutritio incipit per ultimum non esse & successiue, verificatur de illa, nunc non est conuersio alimenti in substantiam aliti, & immediate post hoc erit, & ita ideo est, quia deest aliquid dispositionis diuisibile quoad exten-

sionem.

tionem; quia si aliqua intensio diuisibilis restaret producenda ante nutritionem, non esset verum dicere, in hoc instanti, non est, & immediate post hoc erit nutritio, quia ante nutritionem debet produci illa pars diuisibilis intensonis, ut dispositio perueniat ad certum gradum, tantum quantum requirit forma viuentis, ut sit dispositio ultima ad illam, deest ergo in illo instanti aliquid diuisibile quoad extensionem, quia calor v. g. ut sex debet produci in partibus materiæ, ut in illis introducatur forma viuentis, tamen, quia calor ut Sex. v. g. est ultima dispositio ad nutritionem simul quod in tempore sequenti introducitur calor ut Sex. in partibus materiæ successiue, simul etiam introducitur forma viuentis successiue per nutritionem, ita ut illa ultima dispositio, non sit prior duratione aliqua, quam forma, sed solum prior natura, quia disponit ad illam, tamen induratione reali simul est dispositio & forma, unde optime saluatur, quod inmediate post hoc incipiat nutritio, quia incipit simul cum ultima dispositione, quæ ex parte incipit immediate post in partibus materiæ.

Ad quartum quidam ne cogantur concedere, vnionem quantitatis viuentis cum quantitate alimenti fieri in instanti, dicunt, quod quanvis una quantitas, ut tanta, vniatur cum aliis, medio quodam indiuisibili continuatio, quia ut tanta indiuisibilis est, & terminatur intrinseco indiuisibili, tamen partes quantitatis absolute sumptæ, & non ut tantæ, vniuntur medio quodam modo vnionis diuisibili, & ita dicunt in augmentatione successiue, & continuo vniari quantitatem alimenti cum quantitate viuentis, atque adeo optime saluari augmentationem absolute esse motum continuum.

Verumtamen si haec sententia intendat necessarium esse modum vnionis præter indiuisibile ipsum super additum, ut partes vniantur verissima est, ostendimus enim 6. Physicorum, omnia indiuisibilia esse res, & non modos, respectu partium, quibus adhaerent, & ita quod vniantur cum illis per modum vnionis super additum: si tamen intendat, aliquando continuationem duarum partium quantitatis fieri, absque aliquo indiuisibili per solum

Super. I. lib. de gener. & corrupt.

modum vniuersis, falsa est, quia necessarium est ea, quæ continuantur, vni per ultima, ea enim quæ secundum profunditatem vniuntur, penetrantur inter se, sed in quantitate non est dare ultimum preter indivisiibile quia vt 6. Physicorum ostendimus, non est dare partem proportionalem ultimam: ergo necessarium est, quod quandocumque duæ quantitates vniuntur per continuationem, dari quoddam indivisiibile, quod sit ultimum utriusque; & mediante illo continentur tamquam vnitio interiecio inter utramque.

Quam aliter & facile potest solvi prædictum argumentum, quia cum quantitas alimenti, & quantitas viuentis, sint quantitates divisibiles, etiam quoad profunditatem, vniuntur inter se quadam superficie de novo producta, atque adeo, quaque sit illa superficies indivisiibilis quoad profunditatem. tamen quantum ad longitudinem & latitudinem divisibilis est in partes, & ita capax, ut producatur motu continuo.

Et si obijcas, quia si in augmentatione quantitas alimenti continuatur cum quantitate viuentis, medio quodam indi-

uisibili, quare potius dicitur viuens augeri, quam ipsum alimentum. Responderetur, duabus de causis. Prima, quia id augeretur, quod manet post augmentationem, unde quia non manet alimentum, sed viuens, eo quod alimentum conuertitur in substantiam alii, ideo augeretur viuens, non verò alimentum. Secundo quia id denominatur absolute augeri, quod est maius illo, quod additur: si enim gutta aquæ addatur magna aquæ, absolute loquendo non dicimus guttam augeri, sed aquam præexistentem, quia ergo alimentum, quod viuens conuertit in substantiam, exiguum est, respectu quantitatis viuentis, ideo potius viuens dicitur, augeri, quam ipsum alimentum.

Est tamen aduertendum, quod quando quantitas alimenti continuatur cum quantitate viuentis, etiam accidentia illarum, continentur inter se, ut albedo utriusque quantitatis, tamen hæc & ita vnitiva, non est per se motus, si cuta & ita vnitiva quantitatum. Ratio differentiæ est, quam sèpè dixi, quia quamvis omnia accidentia corpora habeant partes sibi proprias, quo-

ad.

ad extensiōnēm , tamen illæ partes ex natura rei non sunt impenetrabiles , & partes extra partes , hoc enim solum conuenit quantitatī moli , & ita reliqua accidentia per accidēns vniuntur , successiue scilicet , quia quantitates in quibus sunt , successiue vniuntur , & ita vnitio reliquorum accidentium non est per se motus , sicut vnitio quantitatis alimenti cum quantitate viuentis.

Solēt tandem in hac quæstione dubitari , vtrūq; quādo pars alimenti conuertitur in substantiam alit, sit eadem materia continua in parte iam conuersa , & parte , quæ adhuc manet sub forma cibi , ita vt ea- dem materia continua secundum diuersas partes , partim in formetur forma viuentis , par- tim vero forma cibi .

Quidam enim existimant , ita esse , adduconique exemplum de virga , cuius medie- tas est viridis , informaturque forma arboris viuentis , medie- tas vero alia est sicca , & in- formatur forma inanimata .

Dicendum tamen est , quod hoc ipso , quod aliqua pars ma- teriæ cibi informantur per nu- tritionem forma viuentis , dis- continuari ab alia parte , quæ adhuc manet sub forma cibi ;

& ita formas diuersas non pos- se per naturam in formare par- tes continuas materiæ . Ratio est , quia diuersæ forme natura sua ordinantur ad constituendā diuersa rēta , & ita ex natu- ra rei postulant discontinuatio- nem materiæ , vt quodlibet ito- tum habeat suam materiam di- uersam ab alio , & ita , Aristot. 5. met. capit. 6. optime dixit ea esse vnum numero , quo- rum materia est vna . Quare ad illud de virga respondetur concedendo , reuera , non esse illas medietates virgæ Physice continuas , sed apparenter so- lum , sunt enim quædam ita foriter , & veluti intime in- ter se coniuncta , vt appareant continua , cum tamen reuera non sint , vt in artificialibus sāpè experitur : & hęc de hac quæstione .

Quæst. IIII. Vtrūq; viuens maneat idem numero post augmentationem .

Non est cur hoc loco dispu- temus , vtrūq; anima corporeæ sint diuisibiles , vel in- diuisibiles , vt perpetam hoc loco Banez , Toletus , & alij disputant , habet enim quæ- stio hęc suam sedem secun- do de anima , præsertim cum

Super I.Lib.de gener. & corrup.

in omnium opinione , saltem animæ viuentium imperfectorum , qualia sunt plantæ , reptilia , & alia huiusmodi diuisibiles sint . Hic autem habet precipuè difficultatem præsens quæstio . Primo , quia cum istæ animæ diuisibiles sint , euilibet parti materiæ correspondeat sua pars formæ , diuersâ ab alijs partibus , & ita in parte materiæ , quæ erat tante sub forma alimeti introducitur noua pars formæ , quia si pars formæ præexistens , extendetur ad informandam illam materiam , iam eadem pars formæ simul informaret duas partes materiæ , quod non minus est per naturam impossibile , quam , quod eadem forma totalis informet duas materias totales .

Ex quo argumentor sic : quia , si cum qualibet parte materiae , aduenit viuenti noua pars formæ ; ergo cum viuens post magnam æratem transformatam , plurimas materiae partes acquisierit mediante alimento , & præexistentes partes viuentis paulatim per continuationem caloris corruptantur , iam in fine ætatis non habet viuens partem aliquam , tam materiæ , quam formæ , ex his , quæ habuit , cum primo genitum fuit , sed totaliter erit :

transmutatum : ergo post augmentationem continuam , non manet idem numero viuens .

Secunda ratio dubitandi est de non vinentibus , quia si portioni aquæ , addas æqualem aliam portionem , talis aqua augetur , non tamen manet eadem numero , ac ante erat , quia cum vtraque portio æqualis sit , non est maior ratio vienius , quam alterius , ante autem erant duæ aquæ totales , & non una numero : ergo nec post augmentationem , manet eadem numero aqua .

In hac re quorundam sententia est , ideo viuens manere idem numero post augmentationem , quia tametsi per nutritionem adueniat noua pars materiæ , forma tamen non ad uenit noua , & ita non fluit , & refluit , sed eadem , quæ informabat partes præexistentes , absque aliqua additione sui , extenditur ad informadam illâ nouâ materiam , & ita manere idem numero viuens , quia salte forma à qua habet esse semper manet inuariata . Quem modū dicendi sequuntur Auerroïste , tractatu de nutritione , cap . 1 . Duran . in . 1 . distin . 34 . adducuntque pro sua sententia , Arist . quem hoc capite dicunt ; asserere , viuens post augmentationem , manere idem , secundum

dùm formam, non tamen secū
dùm materiam.

Hæc tamen sententia, quam
vis verum dicat in homine vbi
forma est indiuisibilis, ibi
enim eadem indiuisibilis for-
ma extenditur ad in formandā
nouā materiam, ita ut sit tota,
in tota materia, & tota inquali-
bet parte, quod etiam plures
asserunt contingere in formis
perfectorum animalium, existi-
mant enim illas esse indiuisibili-
les: de quo dicam, secundo de
anima; tamen saltem in formis
animalium imperfectorum, fal-
sum dicit, animæ enim talium
animalium, sine dubio diuisibi-
les sunt: experimur enim an-
guem, & alia reptilia, adhuc di-
uisa, moqueri, quod euidens in-
dicū est, illorum animam, ad
huc diuisam, conseruari, & ita
necessarium est, has animas di-
uisibiles proportionari cū par-
tibus materiae, ita ut singulis
partibus materiae correspon-
deant singulæ partes formæ: er-
go salte in his producitur per
nutritionem, noua pars for-
mæ, aliæ si pars formæ præxi-
stens eadem: indiuisa est tota
in vtraq; materia simul, & tota
in vtraq; parte seorsum, pro-
culdubio est indiuisibilis, si-
c ut anima rationalis. Verba au-
tem, quæ ex Arist. adducuntur,
scilicet, quæ viuens manere idem,

secundum formam, non tamem
secundum materiam, falso impo-
nuntur illi, solum enim asserit,
vivens augeri, secundum for-
mat, non vero, secundum ma-
teriam. Quæ verba, qua ratio-
ne interpretanda sint, dicam,
quæst. sequenti.

Quare, ut rem hanc explice-
mus, notandum est, aliud esse
querere, virum in singulis au-
gmentationibus, vivens ma-
neat idem numero: aliud vero
virū post multas, & diutinas
augmentationes transactas, per-
maneat idem numero vivens.

Vnde dico primò: si loqua-
mur in singulis augmentationi-
bus, vivens non est diuersum
ab eo, quod fuit ante totali-
ter distinguitur tamen à se ip-
so, sicut includēs, & in clusum.
Ratio est, quia vivens per aug-
mentationem, & nutritionem
acquirit quandam partem quā-
titatis, & substātiæ realiter di-
uersam à præexistentibus, ut
supradiximus, ergo addit su-
pra id, quod erat ante entitatē
realiter diuersam ab illo, ergo
distinguitur realiter ab illo, si-
c ut includēs, & inclusum, quia
post augmentationem includit
aliquam entitatem, quam ante
tea non habebat.

Primà vero pars conclusio-
nis. Scilicet, quod vivens ma-
neat, idem numero, ac erat ante-

Super I.lib.de gener. & corrupt.

pater, quia totum, quod erat ante augmentationem, permanet: ergo secundum illud, quod habebat antea, permanet idem: & hec est mens Arist. quando in hoc capite dixit viuens permanere idem numero, satis enim est, ut permaneat idem subiectum motus, secundum illud, quod praefuit antea; nā si loquamur de toto illo, quod resultat ex illo, quod erat antea, & ex illo, quod de novo acquirit in omni motu, debet esse diuersum realiter à præexistenti, sicut includens, & inclusum. Ratio est evidens, quia in omni motu acquirit subiectum aliquam nouam entitatem ex natura rei diversam à præexistenti: ergo addit supra id, quod erat antea, hanc entitatem realiter diversam, ergo distinguitur realiter à præexistenti: sicut includens, & inclusum, secundum hoc, quod includit nonum, & realiter diuersum. Quando ergo dicit in omni motu permanere idem subiectum necessario intelligendum est cum eadem entitate quæ praefuit.

Quare difficultius est, utruin post longam vitam plurimasque augmentationes factas permaneat idem numero viuens. Quidam enim existimant post longam vitam nullam prorsus manere partem ex

his, quas viuens habuit in primo instanti generationis, sed iam omnes fluxisse, & alias de novo successisse. Et ita existimant viuens post longam vitam peractam Phisice, & proprie, non permanere idem numero, sed solum, secundum proportionem, qualiter viuus appellatur idem, secundum proportionem, quia omnes aquæ fluunt, & refluxunt adueniuntque in eadem distantia, & proportione.

Ita etiā, quia omnes partes, quæ de novo adueniunt vivēti, secundum eandem proportionem, & figuram, & membrorum organizationem, solum hoc modo potest viuens appellari idem numero. Sic docet Marsil. hoc lib. quæst. 12. Albertus de Saxonia, quæst. 1 o. tamē re vera isti parvam entitatem numericam tribuunt viventi.

Quare dico secundō in hac questione, etiam post longas & diutinas augmentationes, non variari omnino viuens, sed semper permanere in illo quasdam partes ex his, quas habuit cum primogenitum fuit. Et ita semper permanere identem numero secundum illas.

Pro cuius intelligentia notandum est, partes viuentis esse in duplice

duplici differentia; quædam appellantur nutrimentales, & sunt illæ, quas per nutritiōnem acquirit; alia vero appellantur seminales, & sunt illæ, quas ex vi solius semenis habet viuens. Et rursus istæ sunt induplici differentia. Quædam sunt solidæ, quales sunt cartilagines, & ossa, & nervi. Aliæ vero sunt rarae, quæ facile a&ctione caloris naturalis corrumpuntur, quales sunt partes, quæ carnē constant tantum.

Dico ergo partes aliquas solidas seminales, quas viuens in principio habuit cum illo permanere, ut ossa, & cartilaginiæ. Ratip est, quia huiusmodi partes proprie nimiam soliditatem, quam habent, difficile destruuntur à calore naturali, qua ratione experimur, senes iam pene decrepitos, & si carnes habeant maxima ex parte consumptas, ossa tamen, & cartilaginiæ cum parua, vel nulla diminutione, habere. Quod certum indicium est, partes illas difficilime pati à calore naturali, ita ut ipsum viuens corrupti pati, prius quam tales partes, corrumpantur. Quam sententiam docuit Albertus Magnus, in summa de homine, quæstion. 1. de potentia generativa, Ricardus in. 2.

distin. 3. Philopon. & Niphus hoc capite.

Solent duo obiecti cōtra hanc sententiam. Primo, quia omnes viuentis partes informantur eadem forma viuentis, ergo sunt eiusdem rationis, & ita non videtur maior ratio, quare quædam semper minores in viuenti, aliae vero minime.

Secundo. Et si partes solidæ plus resistant a&ctioni caloris naturalis, quam partes carnosæ, tamen adhuc aliquid patiuntur calore naturali, ergo cum huiusmodi partes solidæ acquisitæ, in prima generazione exiguae sint, tandem post longam, & diuturnā a&ctionem caloris naturalis debent corrumpi, & alię loco earum succedere: ergo nulla est pars, quæ permaneat in viuente post longam eius statim.

Respondeatur tamen ad primum, quod quāmuis omnes partes viuentis informantur eadem anima, quia anima est actus corporis organici, tamen iuxta diversa organa, diversas petit dispositiones, & ita non in omnibus petit soliditatem, & duritatem, à quibus prouenit quod ossa difficiliter corrumpantur à calore naturali.

Ad secundū verum esse partes solidas aliquid pati à calore naturali

Super I. Lib. de gener. & corrup.

naturale, esseque in principio generationis exiguae respectu earundem, quādō viuens est in perfecta ætate, tamen quædam sunt, non adeo exiguae, quæ sunt costæ, & ossa, quæ sunt in fœmore, quæ non sunt adeo exiguae, ut cum alias propter duritatem, minimum quidem patiantur à calore naturali, ideo pri⁹ viuens ipsum totaliter perit, quam istæ partes, radicitus corruptantur.

Tandem ex dictis patet solutio ad primā rationē, dubitādi, quamvis enim in pluribus, viuentibus cū noua parte materiæ, producatur noua pars formæ, similiterque aliæ ex præ-existentibus, corruptione receendant, tamen aliquæ sunt partes solidæ in viuentibus, quæ eadem permanent, ita ut prius contingat mors animalis, quā funditus corruptantur.

Ad secundam, quod quando duæ portiones à quæ vniūtūr, totum illud resultans ex illis, cum neutra illarum est idem realiter, quia distinguitur realiter a qualibet, sicut includens, & inclusum, per alteram partē, quam dicit, solum est idem cū illis copulatis, & unitis, tamen semper est verum, utrāq; portionem aquæ manere eandem numero, ac fuit anteā, quamvis diuersimode, nāantic, quæ-

libet erat totum separatum ab alio, modo vero sunt cum relatione partis ad totum, eo quod ratione continuationis cū alia, iam habet rationem partis, tamen re vera, in sua substantia- lientitate eadem est, & hæc de hac quæstione.

Quæst. V. Vtrum in eo quod augetur, qualibet pars augetur.

Aristoteles in hoc, cap. do-
cet viuens augeri, secundū speciem, non tamen, secundū materiam, vel ut alij vertunt, augetur secundum formam, nō secundum materiam, ibi enim species formam significat, ubi Aristot. non loquitur de materia, & forma, quæ sunt partes essentiales compositi naturalis, ostendimus enim in pluribus viuentibus, cum noua parte materiæ ad venire etiam novam partem formæ. Et ita tam materiam, quam formam augeri.

Quare, ut res hæc intelligi-
gatur notandum est, quod par-
tes viuentis sunt induplici dif-
ferentia, quædam sunt homo
genæ, quædam vero, ethero
genæ. Illæ sunt, homo genæ,
quæ integrantur ex partibus
eiusdem rationis, qualiter quælibet pars carnis est caro, &

que

quævis pars òris est os, heterogeneæ verò sunt, quæ integrant ex partibꝫ diuersæ rationis, saltem in qualitatibus, figura, & alijs accidentibus diuersæ rationis, qualiter manus, vel brachium appellatur pars heterogenea, quia integratur ex carne, ossibus, & nervis, quæ sunt diuersæ rationis. Et hinc sit, quod partes heterogeneæ conponantur ex homogeneis, quæ tamen inter se sunt diuersæ rationis: Atq; adeo partes heterogeneæ dicuntur partes formales, quia differunt inter se figura, quæ solet appellari forma extrinseca rei, qualiter Aristot. cap. de qualitate quartam speciem, scilicet figuram formam appellat. Partes verò homogeneæ appellatur partes materiales, quia non componuntur partibus, quæ differunt figura, ut caro, vel os.

His suppositis, certum esse debet, non per quamlibet augmentationem augeri omnes partes viuentis, contingere enim potest, quomodo fiat augmentatio in pede, non verò in capite, si forte contingit illuc alimentum esse magis dispositum, quam in alia parte. Solum, ergo potest esse dubium utrum simul cum augmentatione vnius partis, contingat omnes alias augeri, non quidem

simultate metaphysica, sed mōrali, contingere enim potest, quod in hac parte temporis fiat augmentatio, in una parte, non verò in alijs, ne loquimur de partibus proportionilibus, quia si viuens iam grande augetur, secundum partes omnes proportionales, ita quilibet parti proportionali alia adderetur, fieret duplo maius tale viuens, tum etiam, quia cum alimentum debeat intrare per poros, ut fiat augmentatio, si viuens secundum partes proportionales augetur, iam diuidetur continuum in omnem partem proportionalem, quod implicare contradictionem vidimus. 6. Physic. Loquimur ergo de partibus aliquotis.

Dico prīmō, Cum viuens augetur, quilibet pars eius heterogenea auget. Et hac ratione exponenda sunt verba Arist. in hoc capite dū dicit, in eo quod augetur quilibet partē augeri. Et ita experimur, quā cū brachiū crescit, crescat manus, caput, & pedes, iuxta proportionem suā, nisi fortasse ex iesenione aliqua, vel morbo contrariū cōtingat, qua ratione cōtingit membrū nil augmentationis subire.

Dico secūdō, Nō omnes partes homogeneæ augetur immediate, Ratio est, quia vt dicam,

Super I. lib. de gener. & corrupt.

quæst. sequenti in viuenti iuxta partes solidas sunt pori, in quibus recipitur alimentum, ex quo viuēs immediate augetur, & cum illa pars solida sit diuisibilis, partes profundaæ illius immediate non tangunt pororum, in quo est alimentum, ergo illæ partes, non augentur immediate, id est, per aliquod intrase receptū, qualiter partes ceteræ rogencæ, ut brachiū, per sanguinē intrase receptū augētur.

Ex dictis ergo patet, quis sit sensus illius propositionis Aristot. id quod augetur, augetur, secundum formam, non secundum materiam, sensus enim est, augeri secundum partes formales, quales sunt heterogeneæ immediate, & per se, non tamen augeri, secundum quamlibet partem materialem immediate: Et hinc secundò fit, totā hanc doctrinam intelligendam esse solum in viuentibus, in animata enim, quæ minus propriè angētur, non habent partes heterogeneas, propterea in illis, nō est verum dicere, quamlibet partem augeri, quia cum augeantur per iuxta positionem, illa pars, cui immediate ponitur pars adueniens, est quæ im-
mediate augetur, alia ve-
rō minimè. Et hæc
de hac quæ-
stione.

Quæst. VI. Quæ sint causæ augmentationis, & quomo-
do fiat.

CLRCA primum, scilicet, quæ sint causæ augmentationis, & nutritionis, certū est, illam non habere causam formalem intrinsecā, quin potius ipsa augmentationis, & nutritio sunt quædam formæ accidentiales, eoq; sunt actiones de predicatione actionis, solū habent causam formalem extrinsecā, quia cum actio sumat suam specificationem ex termino, ideo terminus augmentationis, & nutritionis habet rationem causæ formalis extrinsecæ respe-
ctu illarum. Quis autem sit terminus augmentationis dictum est supra, quæst. 2. in nutritione vero terminus quasi totalis, est pars substantialis, quæ de novo aduenit prout integræ, ex sua materia, & forma partiali illi: terminus vero formalis in viuentibus, quæ ha-
bent formam indivisiabilem, ut in homine, est solus modus unionis partialis de novo produc-
tus quo eadem forma indivisiibilis vñitur cū parte ma-
teriæ, quæ aduenit: est enim forma hominis in generabilis, & incorruptibilis. In vi-
uentibus vero, quæ habent for-
mam,

mā diuisibilem, terminus formalis est noua pars formæ, simul cum modo vniōnis, vt in simili diximus de termino formalis generationis, in lib. Phys. Vtrum forma, & modus vniōnis, eadem indiuisibili actione producantur, diximus supra.

De causa autē materiali augmentationis dicendum est in primis, quod si loquamur de causa materiali ex qua, alimentū est causa materialis vtriusq;, quia vt docuit Arist. in hoc cap. alimentum in quantum substātia nutrit, & ratione quātitatis ageret. Si vero loquamur de causa materiali in qua, seu d̄ subiecto quod: difficilius est, dicendum est in primis, quod si loquamur de subiecto totali, ipsum viuens est subiectum augmentationis, & nutritionis, illud enim denominatur nutriti, & augeri, & ita Arist. id docuit, viuens debere manere idē numero in augmentatione, & nutritione, quia vt sēpē docuerat s. & c. Phys. in omni nutritione, debet dari subiectū permanens sub vtroq; termino. Si vero loquamur de subiecto immēdiato, & prēcise augmentationis, & nutritionis, dicendum est in primis de nutritione, qđ cū illa inuoluat plures actiones partiales, vt supravidimus, non est eodē modo loquendū

de omnib⁹, quia actio illa partialis, qua producitur pars formæ in materia cibi, subiectū in ipsa materia cibi, actio enim, & terminus recipiuntur in eodem subiecto.

A lia vero est actio, qua vnit forma producta cū forma pre-existēti, cū quadam superficie substātiali producta per vnitōnē materię alimenti cū materia viuentis, & ista subiectatur in materia. Ratio est, quia vt vidi mus. 6. Phys. indiuisibilia formæ subiectatur in materia, sed actio, & terminus subiectatur in eodē subiecto, ergo actio vniūtiua vniūs formæ, cū qua producitur superficies cōtinuatiua vtriusq; partis, debet subiectari, in superficie materiae producta per vnitōnē materię alimenti cū materia viuentis. Tādem sicut indiuisibile materię, nō habet subiectū inhæsionis, vt vidimus loco citato, eo qđ materia est primū subiectū, sed solū habet subiectū adhesionis quia adhæret vtriq; parti, quā vnit, ita actio productiua illius indiuisibilis, scilicet illius superficiei, nō habet subiectū inhæsionis, sed tantū subiectū adhesionis, quod satis est, vt non sit creatio, vt vidimus eodem loco. Verum est, illam actionem esse accidens de prædicamento actionis, tamen non est

Super Lib. I. de gener. & corrup.

de ratione omnis accidentis habere subiectū in hæsionis, sed satis est si habeat subiectum ad hæsionis, vt de creatione diximus. 2. Physic. quæ tamen est actio de prædicamento actio- nis, vt ostensum est.

De augmentatione vero di cēdum est subiectari in super- ficie materiæ de nouo produc ta in nutritione. Ratio est faci liss, quia terminus augmētatio nis est superficies de nouo pro ducta continuatiua quantitatis alimenti cum quantitate viuen tis, sed indiuisibile quantitatis immediate subiectatur in in diuisibilib⁹ materiæ, vt in phy sica ostensum est, ad modum, quo ipsa quantitas immediate inhæret materiæ primæ: ergo augmentatione subiectatur inhæ siue in indiuisibili materiæ, produc̄to per nutritionem.

Et si obijcas: De ratione mutationis est, vt vidimus. 3. Phys. quod præsupponat subiectum, non solū prius natura, sed prius etiam duratione existēs, sed indiuisibile materiæ simul duratione sit cum ipsa augmentatione, quia vt sāpē vidimus, nutritio, & augmentatione simul duratione sunt, ergo ex dictis videtur sequi, non esse augmē tationem motum, seu mutationem realem.

Respondetur negando conse

quentiā. Primo, quia satis est sub- jectum totale, quod est ipsum viuens præcedere formā, & nō solū natura, sed duratione. Se- cundo, quia quāuis subiectum in hæsionis solūm præcedat in priori naturæ, tamen subiectū adhæsionis prius tempore præ cessit. Et ratio est, quia vt dixi. 6. Phys. subiectum adhæsionis alicuius indiuisibilis, sunt par tes quibus adhæret, & quas copulat, quare ergo illa superfi cies produc̄ta per augmētationem copulat quantitatē alimēti cum quantitate viuentis, quæ prius duratione præexistebat, illisque adhæret per duos mo dos vniōnis superadditos; ideo optimè saluatur, augmēta tionē esse mutationem realem respectu subiecti totalis, & subiecti adhæsionis: Fateor sa ne magis esse subiecta, & vera, quam in scholis nostris auditā, ideoq; sine tanta metaphysica distincte licet dicere, subiectū augmentationis, & nutri tionis esse viuens ipsum.

De causa vero efficienti aug-mentationis, & nutritionis, si absolute loquamur dicendum est, esse ipsum viuens, quod me dia actione naturali caloris, ali- mentum in propriam substanciam conuertit, & ita nutritor, et augetur: tamen si rē minutis simē explicare licet, dicendum est

est in primis, augmentationem, qua producitur superficies illa continuativa, quantitatis alimenti cum quantitate viuentis, licet mediate ab ipso viuenti procedat, eo quod mediante conuersione alimenti augetur, tamen immediate causatur ab ipsis partibus materiae vnitis, quia sicut materia prima est causa efficiens quantitatis (vt 1. Physic. ostensum est) ita materia continua est causa continuationis quantitatis: sed haec continuatione fit media illa superficie, ergo talis superficies esse etiè oritur ab ipsis materijs prout vnitis: nutritio vero fit à viuente, medijs dispositionibus receptis in ipso alimento, haec enim effectiè concurrunt ad conuersionem substancialē, ostendimus enim, 2. Physicor. accidētia recepta in passo, esse, quæ immediate instrumentaliter attingunt productionē substancialē, & ita iuxta haec, dicendum est dispositiones receptas in alimento instrumentaliter concurrere ad conuersionem substancialē.

Tandem de causa finali augmentationis dicendum est, esse ipsum viens, huiusmodi enim actiones, scilicet, nutritio & augmentatio, à natura ordinatae sunt propter ipsum viens, ut melius se habeat, melius

que suas operationes exerceat.

Circa secundum, quod inquit quæstio, scilicet quomodo fiat augmentatio, aliquam ingredit difficultatem. Primo quia si verum est, viuentia augeri per intus sumptionē, videtur necessarium, quod partes internæ carnis nutrientur, & id ex quo nutrientur intret usque ad illas partes internas, & ita augmentatione vel fiat cum penetratio dimensionis, vel certe cū scissione aliquarum partium, & ita cū dolore, que omnia sunt falsa.

Secundò quia cum animal nutritur medio sanguine, vel medullis conflatis ex sanguine, quando sanguis deficit in parte superiori, necessariū est sanguinē ascendere motu sursum, ut pars superior nutritur, sed sanguinis est corpus graue: ergo nisi violenter, non potest ascendere sursum: ergo augmentatione non fit omnino naturaliter.

Tamen, ut qualiter iugmentatio fiate, xplicemus, notandum est in viuentibus, inter partes solidas esse quasdam cavitates, quæ vocantur pori, non quidem omnino vacui, quia natura abhorret vacuum, sed plenae aere, vel certo humore subtili, cuius rei manifestum inditum est, quod animalia sudorem inter-

Super I. Lib. de gener. & corrup.

num, prauosque humores de pellunt, quia si non essent cauitates istæ, per quas aqua illa expelleretur, non posset sudor contingere nisi cum penetratione, vel saltem cum scissione partiū, atque adeò cum dolore, neque omnia animalia sunt æqualiter porosa, quia quedam habent poros magis obstrusos, & occulatos, quedam vero maiores, hęc enim est causa, quare in quibusdam hominibus facilius contingat sudor quam in alijs.

Secundum notandum est cum Gabriele & Aristot. secundo de partibus animalium, c. 5. variis mutationes fieri in alimento, ut tandem conuertatur in substantiam aliti, quia præter masticationem factam in ore, qua in minutissimas partes redigitur, deinde in stomacho actione naturalis caloris concoquitur, conuertiturque in quedam substantiam, quæ vocatur chilus: deinde huiusmodi chilus per vias quasdam, ad hunc finem à natura destinatas, accedit ad iecur, ibique in sanguinem conuertitur, sanguis vero deriuatur inde ad omnes partes corporis per venas multiplicitate ramificatas, ita ut per totum corpus dispergantur. Deinde vero partes animalis per virtutem attracti gam alimenti, quam habent,

sanguinem attrahunt ad se per poros, vbi sanguis continetur, donec in substantiam aliti convertatur.

Rursus in hac conuersione sanguinis septē actiones interueniunt. Prima est alteratio qua sanguis disponitur, ut conuertatur in substantiam aliti, deinde est productio formæ viviæ, in materia sanguinis, quæ non est actio omnino indiuisibilis, integratur enim ex actione partiali productiua formæ, & ex actione productiua unionis illius cum materia. Tertia est corruptio sanguinis. Quarta continuatio materiae sanguinis cum materia viviæ, medio quedam indiuisibili materia productio. Quinta est continuatio formæ productæ cum forma præexistenti, medio quedam indiuisibili formæ, etiam de novo productio. Tandem sexta post has actiones, quibus perficitur nutritio, sequitur augmentatione, quæ consistit in unione quantitatis alimenti cum quantitate viuentis, ad augmentationem autem sequitur motus localis, quia cum viens fiat maior, maiorem occupat locum: quanvis autem inter illas concomitantes sit ordo durationis, tamen deinde inter reliquias actiones, solùm est ordo naturæ: sunt enim omnes simul

tempore, habent tamen hunc ordinem ut prior sit actio productiva formæ in materia aliamenti, quod est sanguis, nam cum alimentum vniatur viuëti, in quantum est simile illi, prius supponitur esse simile illi per productionem formæ; quia illi vniatur: deinde inter actiones vnitivas, prior natura est vnius materiae alimenti, cum materia viuentis, quam vnius formæ producet cum præexistenti, eo quod superficies formæ de novo producta subiectatur in superficie materiae producta per vnitatem materiae alimenti cum materia viuentis, subiectum autem prius natura debet esse, & supponi productum, ergo prius natura est vnitio materiae, quam vnitio formæ; tandem est vnitio vtriusque quantitatis, & reliquorum accidentium, ad quæ omnia sequitur et se motus localis.

Ex dictis patet solutio ad primâ rationem dubitadi, potest enim fieri nutritio sine dolore, & sine penetratione per poros supra explicatos, ita ut pars solidâ viuentis augeatur medio sanguine recepto in poro, qui est iuxta illam.

Etsi dicas ex hoc sequi quod viuëta non augeantur per int' suppositionem, sed per iuxta positionem in poris. Respôdes quod quod A-

rict. & reliqui Philosophi docet, viuëta augeri per intus sumpcionem, non loquuntur respectu singularum partium, quæ augentur, sed respectu totius viuëtis, ita quod viuës intra se sumat alimentum, quo nutriti possit, quod non contingit in non viuentibus, quia si loquamur respectu singularium partium, quæ sunt intra se ipsum, revera illæ augmentur per iuxta positionem, quia cum totum viuës non sit porus, sed necessariò habeat alias partes solidas, illæ necessariò augmentur per alimento iuxta positum in poris.

Ad secundâ reuera in partibus viuentis esse virtutem attractivam alimenti medio impulsu illustrimpresso, sicut magnes attractivus ferri virtutem habet, nec enim credendum est, sanguinem cum grauis sit ascendere posse ad nostrum caput, nisi ab illo efficiue trahatur, sicut etiam alias sunt partes in viuëti, quæ habent facultatem expulsive, scilicet, ut vi illata a se expellat, excrements & prauos humores: cum hoc tamen dicendum est, augmentationem naturalem esse, tum quia formale augmentationis vel nutritionis, non consistit in illa attractione, hec enim actio est multo tempore ante augmentationem, tum etiam quia licet ista attractione respectu sanguinis violenta sit, quia vi illata attra-

Super I. Lib. de gener. & corrup.

attrahitur, tamen respectu viuentis est naturalis, quia habet naturalem virtutem ordinatam ad attrahendum alimentum, sicut optime dicimus attractionem ferri esse naturalem magneti, licet non ipsi ferro. Et hęc de hac questione.

Quest. Ultima, quale debeat esse alimentum ad nutriendum.

Licet hęc res, si exakte per tractanda esset, medica sit, tamen quia Arist. in fine huius capitatis, non nihil de alimento disputatione, placuit breuiter, quantū res Philosophica pati possit, ali quid dicere. Aristot. 2. de partibus animalium cap. 3. docet sanguinem esse alimentum ultimum, ex quo partes animalis immediate nutritur per conversionem ipsius sanguinis in substantiam aliti.

Notandum tamen est, partes viuentis esse in duplice differentia: quædam sunt sanguinose, ut caro, quædam verē exangues, id est sine sanguine, ut ossa, unde dicendum est imp̄mis, quod dum Arist. ait partes animalis immediate nutriti ex sanguine, intelligēdum esse de partib⁹ sanguinosis, qualis est caro, tamen partes exangues non autriantur immediate ex

sanguine, qualiter ossa nutritiū: tur ex medulla, non vero ex sanguine, saltem immediate, imo & stomachus ut plures docent non nutritur ex sanguine, sed chilo ibi genito ex concoctione alimenti, & ita non est contrarietas inter Aristotel. & me dicos afferentes, sanguinem nō esse immediatum alimentum animalis: utrum autem omnis sanguis sit nutrimentalis, id est ex quo viuens nutritur, vel sit concedendus alius sanguis, à priori diuersus, ut quidam volunt, sedem habet secundo de anima.

Posset etiam hoc loco disputari, utrum purum elementum possit esse alimentum viuentis. Videtur enim plantam immediate nutriti ex terra: est tamen res hęc medica, cōmuniorque medicorum sententia est, nullum purum elementum posse esse alimentum viuentis, & ita plantę non augentur immediate ex terra, sed humore quodam actione caloris genito, quem dum per radices percipiunt, nutritur & augentur. De his autem & pluribus alijs, quę hoc loco inquire posse, ne extra nostrum negotiū saltare videamur, hęc sint satis.

(. . .)

Caput VI.

CVM Arist. capite 10. huius libri aucturus sit de mixtione, incipit iā ab hoc capite, quædam ad illos intelligentia necessaria premittere, & cū ad mixtionē requiratur quod miscibilia ad inuicem alteretur, & quia ut vnum alteret alterum, necessarius est contactus inter illa, breuiter capite isto de contactu requisito agit, & in summa docet, inter ea, quæ ad inuicem agunt, vel miscetur, necessariū est, esse contactum: inquit tamē contactum multiplicē esse, prīmo quādō duo corpora habent ultima simul, siue inter se agat, siue nō: secundō quando non solum sunt simul secundū ultima, sed inter se habēt rationē mouētis, & mobilis, id est, quādo inter se agunt, & patiuntur quacūq; ratione illud cōtingat, tunc enim est, quædā immedia-
tio inter mouens, & passum.

Tertio notandum est quādō non solum habēt ultima simul, sed agunt, & patiuntur ad inuicem, vbi nomine actionis, & reactionis intelligitur ex com-
muni interpretū sententia, nō quævis actio, sed mutua altera-
tio, hęc enim ut dicam capite sequenti, appellatur, actio & rea-
ctio, addit tamen contactum in rigore sumi in prima signifi-

catione, quem tamen definit dicēs, tāgere est ultima habere simul, quæ omnia difusse ex plicat. Hęc in litera.

Circaliteram.

Circa hoc caput in primis dis-
putari posset de similitate, requisita inter agens & passum
ad agendum, & de sphera acti-
vitatis, intra quam debet esse
passū, ut possit esse actio inter
illa: de his autem late à nobis
dictum est, 2. Phy. disputatio-
ne de causa efficiente, quare
hoc loco cum Arist. definiat, &
diuidat contactum, disputare
placeat, licet breuiter, quę sit ra-
tio formalis contactus, quod à
nemine vidi tactum, fortasse
quia nō videtur tanti pōderis.

Et in primis illud in hac re
debet esse certū, quād quando
duo corpora immediate se tan-
gunt, superficies ultimæ illorū,
debent esse penetratae in eodē
spatiori: ratio est evidens, quia
ut late vidimus, 4. Physic. sicut
partes diuisibiles locati, corres-
pondent partibus diuisibilibus
spatij, punctum nāq; adæquate
non potest esse nisi in pūcto spa-
tij: ergo, vel illa diuisibilia ul-
tima, per quæ corpora se tan-
gunt, sunt in eodē diuisibili
spatij, & sic habeat intentū, sci-
licet quād in illo penetrantur,

Q

vel

Super Lib. I. de gener. & corrup:

vel non sunt in eodem individuili spatij, sed in duobus, & tunc aperte sequitur, quod illa corpora non se tangunt. Ratio est, quia non datur duo individuabilia in mediata: ergo ultima individuabilia illorum duorum corporum sunt in duobus individuilibus spatij, cum talia individuabilia spatij, non sint immediata, necessaria & debet mediare aliqua pars spatij: sed quando inter duo mediat aliqua pars spatij, non se tangunt immediata, quia aliquid mediat: ergo necessarium est, quod in corporibus immediata se tangentibus, ultime superficies illorum penetrantur in eodem spatio: quavis enim penetratio corporum sit impossibilis per naturam, tamen penetratio individuum, non est impossibilis, sed necessaria & est impropria penetratio: unde merito Arist. in definitione contactus dicit, corpora se tangere, quando ultima sunt simul, nisi enim sint penetrata, non possunt simul esse, ut ostensum est.

Dico ergo primò contactum virtualem formaliter consistere in informatione qualitatis in alio. Ratio est, quia contactus virtualis dicitur talis per proportionem ad quantitatem: quemadmodum in contactu qualitatuo aliquid unius corporis est si nolum alio, ita in contactu virtuali, saltem virtus, vel

qualitas producta ab uno est in alio, & ita virtualiter dicitur illud tangere: sed qualitatem esse in corpore aliquo, est informare illud; ergo ratio formalis contactus virtualis consistit in informatione qualitatis productae ab alio. Dixi productae ab alio, quia si Deus se solo produceret impulsus in ferro, non dicetur magnes tangere ferrum, quia cum talis impulsus non sit virtus illius, eo quod, non est ab eo productus, ideo non tangit illud per suam virtutem, atque adeo non est ibi contactus virtualis.

Dico secundò, quod licet contactus virtualis presupponat actionem productivam illius qualitatis, qua agens tangit passum formaliter, tamen non consistit in talia actione. Ratio est, quia adhuc transacta actione productiva illius qualitatis, si tamen illa perseveret in passu, cum sit quedam virtus producta ab agenti, adhuc est virtus agentis in passu: ergo agens adhuc tangit passum media sua virtute, atque adeo est contactus virtualis transacta iam actione.

Dico tertio, etiam contactum qualitatuum non consistere in actione aliqua. Ratio est quia si duo corpora ita sint approximata quod ultimata sint simul, & deinde Deus impedit omnem actionem inter illa per ablationem.

nem sui conuersus, talia corpora adhuc se tangunt, ut patet ex definitione Arist. quia eorum ultima sunt simul.

Nec obstar, quod tangere sit verbum actionis, quia plurima verba actionia non significant actionem propriam, sed grammaticalē dūtaxat, penes hoc, quod videatur sonare actionem, sicut etiam formare, & sustentare, verba actionia sunt, neutrū tamē consistit in actione.

Dico quarto, rationē formam cōtactus quantitatui, non esse absolutā, sed relatiā potius, ita cōsistat in relatione simulatis localis, secundū ultima in diuisibilia. Probatur ex definitione cōtactus adducta hie ab Arist. quia corpora, inquit, sensere, est, quod eorum ultima sunt simul: ergo cōsistit ratio formalis cōtactus in relatione simulatis localis, secundū ultima in diuisibilia, quae relatio est prædicamentalis de primo genere, fundatur enim in unitate loci, secundū ultima indiuisibilia, quemadmodum similitudo fundatur in unitate secundum qualitates.

Sed obiectes, quia contactus producit per motū localem appropinquationis, ex eo enim, quod unū corpus per motum locale ad aliud accedit, fit contactus, sed ad relationem nō da-

tur per se motus: ergo ratio formalis cōtactus nō consistit in relatione. Respondeatur, cōtactus nō produci immediate per motū localem, quin potius permotū localem producitur præsentia localis. unius corporis iuxta aliud, ita ultima sunt simul, in unitate autem illarū præsentiarū fundatur relatio simultatis localis, in qua consistit ratio formalis contactus, ad modū quo 4. Physicorū diximus relationes propinquitatis & distantiae fundari in præsentia locali separata ab alio, vel illi cōiunctas Hęc de hoc capite.

Caput VII.

Postquam Arist. egit de contactu requisito inter duo, ut adiunice agere possint, agit in hoc capite de ipsa actione corporū. Caput autem duas continent partes in prima proponit sententiā antiquorū de hac re, deinde verò inter alias media via incedens suam declarat sententiā, docet ergo de actione & passione duas fuisse antiquorum sententias, alteram dicentium simile non agere in simile, neq; ab illo pati & ita dicebāt, quod minus calidū patitur à maiori calido, idè est, quia magnū & parvū, ut sic, contraria sunt, & ita hoc modo dissimilia. Fundamentum autem

Super 1. lib. de gener. & corrup.

Huius sententia erat, quia si similia sunt equalia, ergo neutrū ex illis vincet aliud, atq; adeo neutrū potest in alterū agere. Altera autem sententia fuit. Democriti afferatis, simile agere in sibi simile, quia linea, inquit, non agit in albedinem.

Arist. verò in secunda parte cap. has sententias conciliat, dicens, illas nō esse cōtrarias, sed subcōtrarias, possunt enim cōciliari, vnde dicit, agens, & passum, neq; debēt esse omnino similia, neq; omnino dissimilia quia debent esse similia in genere, dissimilia autē in specie, id est, debent esse similia in materia, hęc enim appellatur gen. Physicū, & ita debēt habere materiā cōmūnem, secundū formā autē debent esse dissimilia. Rationē reddit, quia si agit simile in omnino simile, idē posset agere in se ipsum, nil enim est magis vnu sibi ipsi, quā ipsū met; vnde, inquit primū mouēs, mouer non motū, & ita primū alterās, scilicet cōclū, non patitur ab his inferioribus, quia nō cōmunicat in materia cū illis, habet enim materiam diuersā rationis ab illis: vnde, inquit, si gentia cōmunicent in materia, asint quā edissimilia in forma, ad sitq; debita approximatio, erit inter illa mutua actio, & rea-
ctio. Tandem concludit, princi-

piu m vnde motus, esse ipsum agens, id est, agens esse priacium operationis, passum vero principium passionis non autē esse, cuius gratia id fit.

Disput. IIII. De proportione requisita inter agēs, & passum ad agēdū.

Q Vanuis 2. Physic. disput. 4. tam de causa efficiēti in cōmuni sumpta, quam de requisitis ad illam, actum sit, hoc tamen loco disputat Arist. de proportione requisita inter agēs & passum ad alterationem, quae est peculiaris actio, quę res in Philosophia patū necessaria est, neq; admodum facilis.

Quest. I. Vtrūm Agens possit agere in se ipsum.

R Actio dubitandi sumitur ex Arist. hoc capite, vbi ex eo impugnat sententiā antiquorum afferentium, simile posse agere in simile, quia etiā idem possit agere in se ipsum. Et ita 7. & 8. Physic. sepē docet omne quodd meut̄, ab alio debere moueri, imo in omni, quod a se mouetur, debere distingui partē per se mouentē à parte per se mota, aliás idē esset in actu & in potentia in actu quidē, quia vnu quodq; operatur in quantū est in actu: in potentia vero in-

quan-

tū quod passiū mouetur, debet esse in potētia ad terminū.

Verum tamen dico primō: Idem non potest agere in se ipsum motu generationis, vel corruptionis, id est, idem non potest se ipsum generare, vel corrumpere. Ratio est in primis de generatione, quia sequitur, idem esse, & non esse simul. Probatur sequella, quia de ratione generationis est, q̄ producat de non esse ad esse, & ita debet prius non fuisse, id autem, quod generat, debet prius existere, quæ existentia est conditio necessaria ad agendum, ergo simul præxisteret, & non præxisteret, quæ ratio, non solum probat de potentia naturali, sed adhuc de potētia Dei absoluta: inconueniens enim, quod ex opposito sequitur, quod idem simul sit, & non sit, adhuc de potentia Dei absoluta ponī non potest.

De corruptione substantiali fieri potest simile argumentum, quia in instanti, in quo est corruptio, non est res corrupta, ex alia vero parte si se ipsam corrumpit esse&iuē, debet tunc existere, ergo simul esset, & non esset.

Dico tamen secundō, Si loquamur, non quidem de corruptione substantiali, sed de alteratione prævia, qua aliquid dif-

ponitur ad corruptionem, idem posset se ipsum corrumpere, saltem secundū diuersas sui partes: hac enim ratione experimur ex defectu alieni calorem naturalem animalis agere in partem illius, ita quod una pars agat in aliā, eam ad corruptionem disponēdo: imo hinc vltius fit, quod etiam substantialiter illam corrumpat attingendo vltimam corruptionem substancialē, productionemq; nouæ formæ. Ratio est, quia agēs, quod producit vltimam dispositionem, eriam effētiū attingit corruptionem substancialē, & generationē nouæ formæ, sed experimur partes calidores animales agere in alias, illasq; cōverte re in prauos humores, quia nō informantur anima viuēti, sed alia diuersa forma, ergo secundū diuersas partes non repugnat, idem corrumpere se ipsum per accidens:

Et si dicas, Quia tunc agens intēdit assimilare sibi passū: ergo nulla pars viuentis, quæ eius forma informatur, potest substantialiter distruere partē aliquam, introducendo in illā formam diuersam. Rēponde tur per se loquēdo, omne agēs: intēdere assimilare sibi passū, per accidens tamen, & ratione dispositionis passi (sep̄ agit) pro-

Super I. lib. de gener. & corrupt.

producitq; effectū sibi dissimilē, quod ut ex cōmuni sentētia dicā capite sequenti, ex mutua actione, & reāctione elemento rū generari mixtū, diuersum ab elementis: sic ergo, quia inter partes viuentis cū heterogeneae sint, nō omnes petunt idē tēperamentum, dū partes calidiores destruunt temperamen tu aliarū, illasq; corrūpunt, ita necesse est introducāt ibi noua forma diuersa à forma viuentis, quā antē habebat, quia impossibile est, formā genitā esse eiusdē speciei cū forma corrup ea, ad quam immediate subsequitur, sicut nunquā generatur ignis in igne, sed in ligno, vel in alia re huiusmodi, cuius rei ratio est, quia agens intēdit assimilare, sibi passum, & ita nūquam producit formā similem illi, quam passum habet.

Dico tertio, Motu augmētationis, & motu locali, idem potest agere in se ipsum, & secundū eandē partē, actione perfectiu a, corruptiu vero idē potest agere in se ipsū, secundū diuersas partes, non secundū eandē. Probatur prima pars, de a ctione perfectiu a, quia eadē potentia indiuisibilis, scilicet intellectus, agit in se ipsā, dū per actio nē intelligendi in se produceit verbū mētis, & eadē voluntas produceit in se amorē: denique actio illa, qua aqua se reducit in pristinā fugiditatē, actio quēdam

uerit̄ alimentū in propriā sub stantia, sed etiā viuens secun dū partes præexistentes denominatur autū, quia aliud est, id quod denominat autū, aliud verò id, ratione cuius augetur, quāvis, ergo viuens augeatur, ratione partiū de nouo adue nientiū, tamen id, quod auget, & fit maius, est id, quod præxi stebat: vbi non intendo subiectū inhæsionis, ipsius augmentationis esse partes præexistē tes, de tali enim subiecto diximus supra, solū enim intendo partes præexistētes denominari autas passiuē, nō quia au gmentatio in illis recipiatur, sed quia partes de nouo acqui sita adueniunt illis, & Physice cum illis copulantur, & ita ha ratione dicūtur passiuē augeri.

Dico quartō, Si loquamur de motu alterationis, idem potest agere in se ipsum, & secundū eandē partē, actione perfectiu a, corruptiu vero idē potest agere in se ipsū, secundū diuersas partes, non secundū eandē. Probatur prima pars, de a ctione perfectiu a, quia eadē potentia indiuisibilis, scilicet intellectus, agit in se ipsā, dū per actio nē intelligendi in se produceit verbū mētis, & eadē voluntas produceit in se amorē: denique actio illa, qua aqua se reducit in pristinā fugiditatē, actio quēdam

dā est, quia est actio productiva
qualitatis, tamē oritur esse etiā
ab ipsa aqua, etiā vātā causa pri-
cipali, ut ostendimus. 2. Physi.
disp. 1. ergo alteratione perfe-
ctiva bene potest idē agere in
se ipsum. Quod vero alteratio-
ne corruptiva idē possit agere
in se ipsum, secundū diuersas par-
tes, patet ex supra dictis, in exē-
plo illo de calore naturali cōsu-
mēte ex defectu cibi partes ali-
quas ipsius animalis: tamen q̄
alteratione corruptiva, idē nō
possit agere in se ipsum secun-
dū eandē partē, probatur, quia
quilibet pars corporis natura-
lis ex natura rei petit qualita-
tes conseruatiuas sui, qualiter
quilibet pars corporis natura-
lis ex natura rei petit qualita-
tes sibi con naturales, qualiter
quilibet pars aque petit frigi-
ditatem sibi connaturalem, er-
go hoc ipso petit absentiam
qualitatis cōtrarię: ergo nil po-
test secundū eandē partē se ip-
sum disponere ad corruptionē.

Vnde ad rationes dubitandi:
respōdetur in primis Aris. op-
timē argumētari cōtra Democ.
dicentē, quod simile agit in si-
mili, quia idem posset agere in
se ipsum, Democritus enim af-
serebat, conditionē necessariā
ad agendū esse similitudinem,
seu cōuenientiā agentis cū pas-
so, vt quod aliqua sunt magis si-
milia, tātō meliū possent inter-

se agere: contra quē modū dicē-
di optimē infert Arist. quodd̄
idē posset agere in se ipsum, q̄
intelligendū est semper, & in
omni alteratione, etiā corrupti-
ua, nihil tamē habet maiore cō-
uenientiā, & proportionem cū
scipso, quam ipfemēt, ergo si
quid maior ist similitudo, tātō
meliū cōingere potest actio;
sequens semper, idē posse age-
re in se ipsum, etiā per actionē
corruptiuā, quod est falsum: nō
tamē reputat Aris. incōueniēs,
quod aliquando idē possit age-
re in se ipsum, quādo est perfe-
tiua: at vero quando Aris. 7. &
8. Phys. docet omne, quod mo-
uetur ab alio moueri, intelligē-
dum est, quod n̄ il se ipsum mo-
uere possit, sed omnia quē mo-
uetur indigere cōcursu alterius,
sola enim prima causa operat
sine indigentia concursus supe-
rioris, hoc tamē nō tollit, quod
aliquid possit moueri à se, licet
indigeat etiā cōcursu alterius.
Ex hoc principio sic intellego;
optimē probatur esse dandum
primum motorem, qui nullo
allo indigeat ad operādū. Secū-
dū exponit, quod vñ quodq;
moneat ab alio ad applicatio-
nē hic, & nūc, quia quamvis ig-
nis habeat virtutē ad calefaciē-
dū, tamē, qđ illi applicet hoc li-
gnū, potiū quāliud ab extin-
seco proueniit: vel dominus com-
bustio tribui solet applicanti
ig ne m.

Super I. lib. de gener. & corrupt.

*ignē, vt hic, & nunc, cōburat.
Tandem. 2. Physic. disput. 1. vi
dimus, qua ratione, interpretā-
da sunt verba Arist. in eo quod
à se mouetur, distingui partem
per se mouentem à parte per se
mota, debet enim intelligi, vt
verum sit, non de partibus in-
tegralib⁹, sed essentialibus, ita
vt, principium actuum sit for-
ma, materia vero passuum.*

*Quæst. II. Vtrum simile possit
agere in simile ratione ma-
ioris densitatis.*

TO TA difficultas quæstio-
nis est, vtrum duo agentia
æqualis intensionis, atq; adeo
hoc modo similia possit vnum
agere in aliud, ex eo quod den-
sius sit, atq; adeo habens mai-
orem multitudinem partium,
quod est querere, vtrum densi-
tas materię sit ratio producen-
di effectum intensiorem, quā
alias produceretur.

In qua re prima sententia af-
firmat maiorem dēsitatem ma-
terię (si cetera sint paria) ex parte
intensionis in qualitate, so-
lūm esse rationem, vt agens,
quod densius est, citius opere-
tur, quā agens rarum, non ta-
men, vt operetur intēsius, quin
potiūs in intensione æqualem
effectum producant. Quā sen-
tentiam plurimi hoc tempore

sequuntur, eamq; de sumpserē
ex Paulo Benet. in summa, cap.
23. & Albert. & Saxon. hoc lib.
quæst. 14. & fundamentum es-
se potest, quia agens intendit
assimilare sibi passum, sed in
hoc casu corpus rarum, & den-
sum habent similem qualita-
tem, etiam in gradu: ergo pro-
ducunt æqualem effectum, &
vnum non poterit agere in
aliud.

Secunda sententia afferit,
maiorem densitatem, esse ratio-
nem, vt agens possit produ-
cere maiorem intensionē, quā
in se habet, & ita corpus cali-
dū, vt quatuor, densum tamen,
posse agere in corpus calidū
etiam vt quatuor, atq; adeo si-
miles posse agere in simile ra-
tione densitatis materię. Te-
net Marsil. 1. de generatione,
quæst. 2. Sotus. 2. Physi. cap. 2.
Nyp. 1. de generat. tex. 1. 9.
dub. 2. quæst. 2. Tolet. hic. quæst.
19. Quæ sententia multis so-
deri videtur rationibus. Et in
primis Arist. 8. Physi. tex. 80. di-
cit in maiori magnitudine ma-
iorem virtutem esse, sed in age-
te denso sunt plures magnitu-
dinis partes, ergo ibi ad est ma-
ior virtus, sed agens maioris
virtutis intensiùs operatur: er-
go non solūm crescit actiuitas
ex maiori intēsione formæ, sed
etiam ex multitudine materię,
vt in

vt in agente denso. Et i. libr. metaph. ait Aris. qd virtus vnitatis fortior est se ipsa dispersa, sed in agente denso est virtus unitata, ergo intensius operabitur.

Secundo, id probari videtur manifestis experientijs, quia fer
rū candens producit in stupa calorem, vt octo, quia producit in ea formam ignis, cum qua ea
tor, vt octo est, ipsum tamen ferrum non habet calorem, vt
octo, quia non est ignis, sed ferrum; ergo ideo est, quia propter magnam densitatem, quā
habet, continet virtutem ad pro
ducendum maiorem calorem,
quam in se habet.

Præterea experientia con
stat, duo luminosa æqualis vir
tutis & que applicata eidem par
ti aeris, intensius illam illumina
re, quā quodlibet seorsum:
ergo multitudo agètium, etiā
æqualis intensionis confert ad
producendum effectum inten
siorem.

Tertiō, quia repetitis acti
bus æqualis intensionis, auge
tur habitus intensiù, experi
mur enim repetitis, etiam præ
missis, facilius nos operari; er
go signum est, habitū intendi.

Quartō, idem est degutis
aque, que pluriē cadentes, ca
uant lapidem.

Quinta experientia est, de ra
dijs solariibus, quia si transeant

per speculum, vel densum vi
trū aliquando ignem causant
in corpore existente post spe
culū, quem tamē ablato vitro,
non causant, quæ omnia mani
feste indicare videntur, maio
rem multitudinem materiae es
se causam quare agens sit lon
gè fortius, & potentius, & ita
potest simile agere in simile, ra
tione maioris densitatis.

Tamen in hac re explicāda,
dico prīmō, agens quantūvis
densum, non posse producere
maiore intensionem in effec
tu, quam in se habet, & ita simile,
non posse agere in simile ratio
ne densitatis. Quā sententiā, te
net Greg. in i. d. 17. q. 4. art. 2.
Vitoria in re lectiōne dī augmē
to charitatis, Valles cōtrouersi
14. Astdil. i. de gener. q. 1. P.
Suarez. i. tom. metap. disputat.
28. & probat in primis ex Aris.
hoc cap. vbi dicit, actionē debe
re esse inter similia in materia,
dissimiliaverō, secundū formā:
ergo si agens densum habeat
formā & que intensionem, sicut a
agens rarū, nō poterit agere in
illud. Et hinc sumitur, prima ra
tio, quia agens per actionē inten
dit assimilare sibi passū; ergo si
passū habet iā qualitatē sibi
similē, & etiā in gradu, non po
terit agens ylteri agere: ergo
nō potest pducere in passo ma
iore intensionē, quā in se habet.

Super I. Lib. de gener. & corrup.

Et si respondeas, adhuc non esse passum perfectè simile agēti, quia licet habeat tantam formam intensiū, quantam habet agens, non tantā extensiū propter minorem densitatem materiae, quę est in agente.

Contrā est, quia hæc maior multitudo extensionis, non auget intensiū formā ipsam, sed vnum quodq; operatur in quā tum est in actu, ergo quantūvis qualitas agentis habeat ratione densitatis subiecti maiorem multitudinem partium, si tamē passum iam sit simile in intensione, cessabit actio, & ita agētantum intendit assimilare intensione, nō verò in tali, vel tali extensione; hac enim ratione experimur, quod si apponatur agens densum iuxta rarum, nunquam illud efficit densum, tantū enim intendit assimilare sibi passum in intensione.

Secundū probatur, etiā à priori, quia ut supra vidimus gradus qualitatis habent inter se in aequalitatem in perfectione individuali, ita ut posteriores sint perfectiores priorib; ergo si agens densum tantū habet calorem, ut quatuor, non poterit talis calor quantūvis sit in materia dēsa producere majorē calorem, quā ut quatuor: imperficiens enim nō potest attingere ad productionē perfectiōis.

Et si dicas, saltē, ut instrumentum, potest attingere ad productionē illius. Contrā est, quia si priores gradus essent instrumenta ad producēdos posteriores, sequeretur vnu subiectū, quod semel incipit calefieri, debere peruenire usq; ad octauum gradum, quia primus instrumenta liter produceret in eodem subiecto secundū, & secundus tertium, & sic usq; ad ultimum.

Tertid probatur conclusio ab impossibili, quia in opposita sententia, sequeretur lignū semel in quacunq; intensione, calefactū, necessariō peruenire usque ad octauum gradum, quod est contra experientiā. Probatur sequella, quia cū lignum sit corpus densius aere, lignū habens calorem, ut duo, produce ret in aere maiore calore v.g. ut tria, & rursus maior calor acris intēderet de novo calorem ligni, & sic deinceps, quo usq; lignum conuertatur in ignem.

Vltimū probatur conclusio, quia omnis effectus debet contineri in sua causa, ut possit produci ab illa, sed calor remissus, quantūvis sit in materia densa, nullo modo continet calore intensiorem se, ergo nullo modo potest producere illū. Probatur minor, quia in primis non continet illū formaliter, aliás nō est calor remissus, sed intēsus,

neque

neque etiam continet illū eminenter. Probatur, quia continua eminētia eminentialis, debet esse interior res diuersae speciei, qualiter ea, quę imperfectiora sunt, continentur eminenter in perfectiori; sicut lumen continet eminenter calorem, sed calor remissus, & intensus, non differt specie, ergo unus non potest in alio contineri eminēter; ergo impossibile est agens unius densum producere aliquid ultra suam intensionē, & ita non poterit agere in simile.

Dico tamen secundō, in hac difficultate: agens dēsū, ex eo quod habet maiore multitudinem partium formae, posse producere effectū magis intensem, quam agens rarum similis intensionis, posset producere, licet non possit producere effectū intensem sc. Sensus conclusionis est, qđ si dentur duo agentia æqualis caloris, alterum tamen rarum, alterum densum, licet neutrum possit producere maiorem intensionem, quam in se habet, imd neque æqualem, vt infra dicam; tamen agens densum producet intensorem calorem quam agens rārum, atq; adeo quod densitas licet non sit ratio producendi maiorem intensionem, quam in se habet agens, erit tamen ratio producendi intensorem

effectū, quam producatur ab alio agente raro habente simili calorem. Quam conelusionem statuo contra autores primae sententiae, afferentes maiorem densitatem agentis, solum inuare, ut citius operetur, non verd, vt operetur intensius, quam agens rararum: & iuxta hanc conclusionem ex pendo verba Aristot. supra citata. I. Metaphys. quod virtus unita fortior est se ipsa dispersa: sed quando materia est magis densa, forma habet partes magis unitas, quam si esset in materia rara: ergo intensorem producit effectū, quam agens rarum. Hac etiam ratione intelligenda sunt verba Aristotel. 8. Physic. tex. 80. afferentis, in maiori magnitudine esse maiorem virtutem & tuam.

Et ratione probatur, primo, quia experientia constat maiorem impulsū intensiū produci in magna molle terre, quam in particula illius, cum tamē intensiū tanta grauitas sit in parua portione terrae, sicut in magna, grauitas enim non crescit intensiū ad extensionem quantitatis, sed solum extensiū; ergo maior multitudo formae, non solum confert ad ciuitatem, sed ad intensiū operandū, imd addo, adeo posse crescere

Super I. lib. de gener. & corrupt.

Multitudinem formæ, vt etiā si
gens densum habeat qualita-
tē minus intensam, quā agens
rarū, producat tamen effectū in
tensiorem, quām agens rarū.

Secundō, eandem conclusio-
nē confirmat experientia addu-
ctā de radijs solaribus, qui cum
perueniunt ad vitrum, propter
densitatem materiæ fortius ca-
lefaciunt quā in aere raro, imo
aliquādo ignem causant, quod
nunquam contingit, quando re-
cipiuntur in aere raro.

Denique, vt plures rationes
minus efficaces omittam, ra-
tio a priori est, quia effectus nō
solum crescit, ex eo quod ratio
formalis operādi intensiū cres-
cat, sed ex eo etiā, q̄ eadem vir-
tus melius applicet passo, sicut
si idem calor, vt quatuor, melius
approximetur, fortius calefacit,
sed quando virtus actiua est in
materia densa, melius applica-
tur passo, quām si esset in mate-
riā rara, quia cū partes formæ
correspondeant partibus mate-
riæ, sicut partes materiæ den-
sæ sunt magis vnitæ, ita partes
formæ, ac per consequens plu-
res partes formæ applicant ei-
dē parti passi, quā si esset in ma-
teria rara, ac magis dispeſta.

Ex quo notandum est, quod
si corpus densū apponatur iux-
ta rarū, nunquā rarū efficitur
densum, ideo ergo agens den-

sū fortius operatur, quia habet
plures partes formæ actiue in-
tra idē spatiū, quā agens rarū.

Dico ultimō in hac quæſ. ad
rectam intelligentiam Arist. in
hoc capite, duas cōditiones re-
quiri, vt inter duo possit esse
actio, scilicet, quod sint similia
in genere, dissimilia tamē spe-
cie, idest, secundū formā, vbi
Arist. nomine generis, non in-
telligit genus metaphysicum,
quod est prædicatum commu-
ne pluribus speciebus, sed lo-
quitur de genere physico, quod
est materia; quasi dicat, debe-
re esse materiam eiusdem ra-
tionis. Ratio autem est, quia
cum principiū physicū paf-
fiū, in quo recipitur actio sit
materia prima, hæc debet esse
eiusdem rationis in vitroque, vt
possit vnu in aliud agere, & ita
cœlum non potest comburi ab
igne sibi proximo, quia nō co-
municat in materia cū illo, ha-
bet enim cœlū (vñ suo loco dia-
cam) materiam longe diuersa-
rationis à materia horum infe-
riorū. Quod vero agens, & paf-
sum debeant esse dissimilia in-
forma, patet, quia omne agens
intendit assimilare sibi passū,
sed si habeant formam similem,
iam sunt similia, vnum quodq;
enim habet esse à sua forma;
ergo debent esse dissimilia, se-
cundū formam.

Sung

Sunt tamen hoc loco duo ad vertenda alterum est, quod non satis sit quævis dissimilitudo inter formas, nisi tales forme agi- uent inter se, quia (ut supra dixi) densitas non agit in raretatem, neque è contra. Alterum est adhuc inter similia secundum formas totales posse esse actionem, si sint dissimilia inter formas partiales, id est, in gradu formæ, qualiter calidum ut octo agit in calidū, ut quatuor, in tendendo illud, quia saltus sunt dissimilia in forma partiali, id est in gradu formæ.

Tandem respondetur ad argumenta adducta pro contrarijs sententijs. Ad fundamētū primę respondetur, quod licet omne agens intendat assimilare sibi passum, nunquam tamen intendit omnimodam assimilationem adhuc in intensione, quia ut dicā quæstione sequenti agens in nulla parte passi potest producere tantam intensionem, quantam in se habet, solum ergo intendit assimilationē possibilem fieri ab ipso, & quia, licet agens densum, & rarum habeant formam æque intensam, tamen quia propter densitatem potest agens densius fortius agere, & ita magis sibi assimilare passum, ideo licet habeat formam æqualiter intensam, non tamen causat æqua-

lem assimilationem,

Ad argumenta secundę sententie, iam vidimus, qualiter sit Arist. intelligendus, solum enim intendit agens densum fortius operari quam agens rarus, non tamen quod producat maiorem intensionem, quam habet in se.

Ad primam experientiam respondetur in primis, non esse necessarium afferere quod in ferro candente sit ignis inclusus in poris illius, ut producat ignem in stupa. Ratio est facilis, quia cum stupa sit maxime sicca, atque disposita ad combustionem, non requiritur in ea, ut comburatur, tantus calor, ac requiritur in ligno, & ita minor calor, quam ut octo, sufficit ad producendum ignem in stupa, atque adeo non probatur, formam ob densitatem materiæ producere maiorem calorem, quam in se habet: quæ solutio verissima est, neque potest calumniam pati.

Addunt tamen secundo alij, quos sequitur Pater Suarez reuera inter poros ferri carentis contineri particulas aeris ignitis, & ita etiam ignefieri stupam à particulis ignis illiciti contenti. Hanc vero sententiā Toletus, & alij hoc tempore impugnant, quia vel sermo est de ipsa substantia, vel de acce-

Super I. lib. de gener. &c corrupt.

incluso in poris illius, substantia ferri non est ignita procul dubio, id est, conuersa in substā etiam ignis, cuius rei indicium est quia si tale ferrum candens suæ naturæ relinquatur, omnes eius partes se reducunt in suam pristinam frigiditatem con naturalem ferro : signum ergo est, nunquam amisisse formam substātialem ferri, quia si reuera esset ignis, non ita facile redeteretur frigidum, quod vero neque continetur ignis intra poros ipsius ferri, probant, quia corpus candens quod densius est, eo magis comburit stupam, sed quod densius est, pauciores habet poros : ergo non comburit stupam ratione aeris inclusi in poris.

Secundò quia etiam particula terræ carentis comburit stupam, ibi tamen non potest contineri iatra poros aliquis ignis, quia terra (inquit Totetus) cum sit elementum purum non habet poros. Propter hæc tamen non deseram sententiam patris Suarez, quan uis in re mihi probabilissima sint supra dicta: ingratiquidē animi esse ab eo, à quo multa accepi, in re minima, ubi cōtrariationes non adeo urgent, ita facile recedere. Vnde dicendum est reuera inter poros carentis ferri ignem contineri,

ita quodd particulæ aeris ibi cōtentî per nimiam cōbustionem in ignem sint conuersæ, cuius rei non parum indicium est, quod ferrum cādens luet, habetq; rubrum colorē, & mitit flāmā igneā, quæ omnia ex poris igniti solent esse propria.

Vnde ad primam rationē in contrarium obiectam respondeatur, verum esse corporis signum, quod pauciores habet poros, magis vrere stupam, & ita optime probatur, non cōburere stupā, solum ratione aeris igniti in poris inclusi, quia ut in prima solutione dixi: sufficiēt est calor ferri carentis ad cōburendū stupam, ex eo quod est in materia maximè disposita ad cōbustionē, & quia corpus est dēsius fortius est ad agendum, ideo facilius cōburit stupā. Ex hoc tamen non licet colligere, nō continentis in poris illius aliqas particulas aeris igniti, licet bene probetur cōbustionē stupē aliud posse optime fieri, quod nō negat, sed clare affirmat Pater Suarez.

Ad secundā, falsum suponit Totet. terrā non habere poros, qđ falsum esse ex eo constat, quia alias nullaten⁹ possēt, cleuari à terra mediāte solis calore vapores, & exhalationes, quia tales vapores, & exhalationes, sūt corpuscula tenuia; ergo ultra pene

erationē, non possent eleuari à partib^z terræ, nisi interra ipsa es- sent pori, per quos ascenderēt.

Ad tertiam experiētiā de lu- minosis, ut varias omittam so- lutiones, quas lōgū esset recen- sere, & refutare. Respōdēt par- tē aeris contrapositam duobus luminofis æqualis virtutis intē- siū illuminari, non quia vtrūque luminosū, aut aliquod eo- rum possit effectum intensiorē se producere: sed cūm omne a- ger s intensius agat in partem propinquam, quām in remotā, etiam illa pars aeris cum sit di- uisibilis in partes extra partes, non est secūdum omnes partes, quē applicata vtrīq; lumino- so, & ita partes magis distātes, ab uno luminoso remissè ab illo iluminātur, & quia sunt pro- pinquiores alteri luminoso, in- tensius ab illo illuminantur, & partes distantes ab hoc lumino- so, quē sunt propinquiore salie- ri intensius ab illo illuminātur. Et ita sola illa pars aeris lucidi or euadit positis duob^z lumino- sis quātūis sint æqualis virtutis quā si tantū vnicū adesse.

Possit hoc loco dubitari vtrū per reflexionē vel etiā propter dēsitatē materię possit lumino- su aut quodus aliud agēs intē- siū in remotū quā in propin- quum agere: tamen de hae re commodius dicam infra quæ-

stione 4. huius disputationis

Solet etiā hic disputari de ac- tibus remissis intēdentibus ha- bitū, quē res licet theologica sit & nō leue contineat difficulta- tē, breuiter non ihil dicā. Suppo- namus ergo habitū tēperantē v. g. esse intēsum, vt sex, eli- cere verò plures auct̄us remissos, solum habētes intēsionē vt qua- tuor: dubiū ergo est, vtrū tales auct̄us pluriē repetiti possint au- gere intēsionē ipsius habitus. Pars enim affirmativa videt ex- perientia cōprobari nā repeti- tis auct̄ibus, etiā remissis, facilior- res reddimur ad operādum: sig- nū ergo est esse habitū magis in- tēsum. Respondēt rāmē duob^z modis posse aliquem reddi fa- ciliorem ad operandum: uno modo directē ex eo quod habi- tus intēsior sit, & hoc modo per auct̄ remissos nō potest quis redi facilior ad operandum, quia auct̄us remissi cū minorē in- tensionem habeant, quā ipse ha- bitus, nō possunt augere intē- sionē ipsius habitus, pr̄sertim eum in probabiliori opinio- ne auct̄us sint in perfectiores habitu, quod sufficiens causa est, vt non possint illum in- tendere, quo usque illum sup- perent in intentione, alio tac- men modo potest aliquis redi facilior ad operandum in- directē tanquam à re mouen-

Super I. lib. de gener. & corrup.

te prohibens, & hoc modo potest quis per act^o remissos s^ep^e repetitos reddi facilior: quod sic explicō, nā cū habitus intēperatiæ sit contrarius habitui tēperantia^e, & perinde ratione contrarietatis minueretur habitus temperantia^e, dum quis est intentus in eliciendis aq^uibus temperantia^e, hoc ipso impeditur, ne eliciat actus contrarios intemperantia^e, quibus si intensior sit, augeretur habit^o intemperantia^e, proinde ratio ne contrarietatis minueretur habitus tēperatiæ, & ita repeteret act^o tēperantia^e etiā remissos s^elū tanquā remouere prohibes confert, nō habitus temperantia^e remissior fiat & contrarius habitus potentior fiat, atque adeo in direc^te confert ad facilius operandum. Sed de hac re satis.

Ad quartam experientiam de guttis aquæ quæ s^ep^e cadentes cauant lapide. Respondetur vtrū esse, multitudinē illarū cauare lapidem, non quidē quia aliqua res possit humectare lapidem ultra intensionem, quam in se habet, sed quia generale est omni agenti, fortius, & intensius operari in passum melius dispositum, & quia lapis in principio incipit humectari per priores guttas, ideo reliquæ guttæ cadentes, quia inueniunt

passum magis dispositū plus agunt, donec tandem lapis excauetur, nulla tamen gutta agit ultra priorem intensionem.

Ad ultimam experientiam respondetur, radios solares receptos in vitro intensius operari, quām in aere propter densitatem materiæ, & ita aliquādo contigit, quod in stupa, vel in alia materia nimis disposita producant ignem, ex hoc tamē solū probatur secunda conclusio, supra posita, scilicet, qd̄ agēs dēsīus fortius potest agere quām rarum.

Quest. III. Vtrū agens per alterationem omnino possit assimilare sibi passum secundum formam.

Quid de agēt vniuoco, quia equiuocum non producit formam sibi similem formaliter, vnde sensus questionis est, vtrū agens possit formā producere tam intensam, ac inse habet, ita ut calidum, ut quatuor, possit producere intensi nem ut quatuor: quā rem obiter attigit Arist. 2. lib. Physics disput. 4. & ad hunc locū eius proprium, per tractandam remisi: in hac ergo re partem affirmatiuam, tāquam sibi certā euidenter supponere videtur

com:

communiter plures authores dum assertunt calorem ut ostio posse producere calorem aliū, ut ostio, & similia: & fortasse sūdamētūm est, quia vñū quodq; operatur in quantum est in actu, sed calidum est in actu secundum omnes gradus, quos actu habet: ergo potens est producere tantam intēsionē, quam tam in se haber. Secundō quia si quilibet gradus caloris nō potest producere alium sibi simile: ergo quilibet gradus caloris nō est actius, quod est falsum.

Tandem hac in re dico primō: actione substanciali agens produceit omnino sibi simile. Ratio est, quia forma substancialis, quę sit per generationē, non habet intēsionem, aut remissionem, secundūm quam, possit intelligi minus perfecta, scilicet gradus, & ita sit omnino similis formae generantis. Vnde solūm est quæstio in formis, quæ possunt recipere intēsionem, & remissionem.

Dico secundō, in alteratione procedēte ab agente equiuoco tamquam à causa principalī, vt quando lumen calefacit, potest agēs producere in effectu tātā, imo maiorem intēsionem, quā in se habeat. Probatur primō à simili, quia causa æquiuoca nullius intēsionis potest producere effectum intēsum, er-

go similiter causa æquiuoca alī cuius intēsionis poterit producere effectum intēsum: antecedens pater de intellectu, & voluntate, quæ nullam habent intēsionem, eo quod non sunt qualitates intensibiles, aut remissibiles, & tamē producunt actus intēsos, ergo potest causa æquiuoca producere effectū intēsorem se.

Secūda ratio à priori est, quia causa æquiuoca principalis, cū differat specie ab effectu, necessario est perfectior illo essentialiter. Ratio est, quia non potest esse imperfectior: hoc enim repugnat eum ratione cause principalis, neq; æque perfecta, quia non sunt duæ species, æqualiter perfectæ, sunt enim species, vt docuit Arist. sicut numeri, in quibus duo numeri diversæ speciei non possunt esse æquales, debet ergo causa æquiuoca principalis esse perfectior effectu essentialiter: & hinc sit quod lumen semper sit perfectius quo quis calore, quantumvis intēso, atque adeo nō mirum est, quod habeat actuitatem ad producendum calorem intēsorem se.

Dices hac ratione probari posse, lumen exiguae intēsionis producere summum calorem, scilicet vrosto, quia semper in perfectione essentiali

Super I. Lib. de gener. & corrup.

Superat quemcunque calorem etiam maxime intensum. Respondeatur lumen exiguum in tam densa materia constitui posse, ut propter maximam densitatem materie producat maximum calorem, sicut lumen receptum in speculo producit ignem; quem non potest producere lumen existens in aere, cum tamen propinquius sit soli, lumen existens in aere, quam in speculo distanti, eo quod sol fortius illuminat mediū, quo magis est sibi propinquū: ergo tamen densa posset esse materia, in qua lumen recipiatur, ut propter nimiam densitatem, exiguum lumen producat calorem maxime intensum: quemadmodum enim plures partes ligni, licet non sint intensius tantę gravitatis sicut particulae terrae, causant tamen longe maiorem impulsum, ita plurimae partes luminis, quae sunt in materia densa, poterunt efficere nimis intensum calorem, hoc tamen non potest contingere in materia rara, quia ibi non est tantum lumen, aut quaevis alia qualitas: ut quæstione præcedenti explicatum est.

Dico tertio, actione uniuersa, ut quando lumen producit lumen, aut calor calorem, non potest producere agens tantam intensionem, quantum

in se habet, sed semper minorem, & ita tunc non potest omnino assimilare passum, quæ conclusio, licet hoc tempore pluribus difficilis appareat, & præter communem sensum, si rem attingere consideremus, verisimilis est, & evidenter demonstratur ratione, quia agens fortius operatur in partem propinquam, quam in distantem, sed quantumvis agens ponatur contiguū cum passo, tamen nulla est dabilis pars passi ultimatè propinqua agenti: ergo in nulla parte passi potest producere totam intensionem, quam in se habet. Probatur minor, quia licet passum sit contiguū agenti, tamen in illo non est dare primam partem proportionalem, ut omnes admittunt eo quod cum quelibet pars habeat partem extra partem, est diuisibilis in partem priorem & posteriorem: ergo nulla est pars ultimata propinqua agenti, atque adeo in nulla parte passi produceret agens totam intensionem, quam in se habebat.

Et si dicas, saltem dari aliquam partem aliquoram parvā, quæ dicatur ultimatè propinqua agenti. Contraria, quia adhuc illa pars aliqua cum sit quarta, est diuisibilis necessariò in partem extra partem, & ita in par-

tem priorem & posteriorem: ergo adhuc in illa, & in quavis alia forma eius, agit in magis propinquam: ergo cum nulla sit ultimata propinqua, in nulla illarum produceretur tota intensio agentis.

Et si dicav. ultimò, saltem ultimam superficiem passi contiguam agenti, esse ultimata propinquam agenti, quia est penetrata cum superficie ultima illius, ut probauit capite præcedenti: ergo saltem in illa poterit produci qualitas tamen intensionis, ac est in agente: quia cum sint ultimò penetrata illa indiuisibilia, sequitur euidenter, esse etiam ultimata applicata: ac per consequens, quod indiuisibile agentis contiguū, & penetratum cū indiuisibili superficie passi possit introducere in illa totum calorem, quem in se habet: v. g.: si calor, qui est in agente, est ut quatuor, introducet in superficie ultima passi, cū qua est contiguum ipsum agens, calorem etiam ut quatuor.

Ad hoc argumentum quidam hoc tempore respondent negando consequentiam, & rationem reddunt, quia non potest per naturam dari indiuisibile separatum à continuo: ergo si nulla pars passi recipit lu-

mem, v. g. vt quatuor, neque poterit dari superficies luminis ut quatuor; quia cum illa sit solūm continuativa partitum extentionis luminis ut quatuor, si in nulla parte passi producitur lumen ut quatuor, neque in superficie producitur superficies luminis ut quatuor, non quidem ob defectum debitæ approximationis (vt argumentum probat) sed quia indiuisibile non potest dari separatum à continuo. Cuius ratio à priori est iam tradita 84 Physicorum, quia indiuisibilia pendunt ex natura rei à partibus, quibus adhærent: atque adeò ubi impossibilis est pars luminis ut quatuor, etiam est impossibilis superficies eiusdem luminis ut quatuor.

Mihia autem (vt dixi 2. Physicorum.) multò magis probatur eorum sententia; qui afferunt, in superficie ultima passi contigi produci totam intensionem, quam in se habet agens: quia non est necessarium indiuisibilia recipere intensionem tantam, quantam partes profundæ recipiunt. Sed id pensandum est ex maiori, vel minori propinquitate ad ipsum agens, quod fortius operatur in propinquum, quam

Super I. lib. de gener. & corrupt.

in distans, & ita quia superficies ultima magis est propinqua illi, quam partes profundæ, aut alia indigibilia, quæ sunt in profunditate, ideo est maior intensio in superficie ultima, quam in partibus profundis: unde dicendum est, non esse necessarium, quod superficies habens intensionem ut quatuor, sit coniuncta cum partibus habentibus eandem intensionem, satis est quod habeat minorem intensionem, sicut ipse partes continuæ non habent æqualem intensionem, sed quædam maiorem, quædam vero minorem pro maiori distantia, vel propinquitate ad agens.

Est tamen aduertendum, nos non asserere in superficie ultima passi produci integrum aliquam qualitatem secundum extensionem, similem qualitati agentis, sed solum produci quandam superficiem qualitatis, iuxta supra dicta sexto Physicorum, tamen in intensione similem agenti, quia ut sepe dixi, indigibilia intensionis latitudinem habent quoad intensionem.

Secundò probari potest cōclusio supra posita, quia alijs, sequeretur actionem agentis naturalis non contineri intradeterminatam sphæram actiuitatis agenti.

tatis, sed posse peruenire ad quamecumque distantiam. Ratio est, quia si calidum ut quatuor, posset producere totam intentionem in parte aliqua sibi proxima: ergo etiā illa pars iam calida ut quatuor, posset in alia parte sibi immediata eundem calorem producere, & illa in aliam, & ita protenderetur calefactio sine termino, quod est manifeste cōtra experientiam: dicendum ergo est semper quod partes distantia magis ab agenti, minorem, & minorem calorem recipere, quoque totus calor finiatur, & ita ibi finitur sphæra actiuitatis agentis.

Ex dictis hactenus sequitur, quod si darentur duo corpora penetrata in eodem loco, tum posset producere unū in alio totam intensionem, quam habet. Ratio est, quia tunc ex via penetrationis passum est omnino approximatum in eodem prorsus spatio, & alijs agens est in actu, & passum in potentia ad totam intensionem, quā habet agens: ergo tunc posset agens totam intensionem producere, quam in se habet, secus tamen est, quando talia corpora non sunt penetrata, licet sint contigua quia tunc nulla pars passi est ultimatae propinquæ agenti.

Et

Et si inquiras: si ergo citra penetrationem, octauus gradus caloris, qui est in agenti, non producit aliud octauum in passo, sed septimum, v.g. à quo sit ille gradus octauus? in primis respondetur, certum esse in productione qualitatis gradum perfectiorem non fieri effectuè ab imperfectiori ita quoddum producitur septimus gradus caloris, non concurreret sextus, & alij inferioris, sed cōcurrerit septimus gradus agentis; qui habet formam proportionatam cum septimo gradu producto, tamen se solo, non posset illum producere, nisi adiuuaret ab octavo gradu, non quidem, quia non habet formam proportionatam cum illo, sed quia cū nulla pars possit illi ultimatè propinquia, semper operatur in passum distans; & ita, vt producat totū, quantum in se habet, debet ad iuuari à gradu fortiori, cuius rei argumentum est: nam calidum, vt octo citius producit calorem, vt quatuor, quām calidum, vt quinque: ergo signum est reliquos gradus, supra quartum, etiam iuuare ad illā actionem: & ita semper gradus superiores concurrunt ad productionem graduum inferiorū, sed non ē contra.

Hinc vterius sit, octauum

gradum caloris, nunquam producere aliud octauum immediate, quia, vt ostensum est, nulus gradus potest producere tantum, quantum in se habet, nisi fortasse ab alio fortiori adiuvetur: supra octauum vero gradum, non datur aliis. Dixi tamen immediate, nam mediate bene potest producere calor, vt octo, aliū calorem, vt octo. Ratio est, quia ad productionem formæ ignis nunquam requiritur tanquam prævia dispositio calor, vt octo; sed sufficit minor, vt supra ostēdi: quia ergo calor, vt octo, dum producit calorem, vt sex, vel vt septem, per consequens producit formam ignis, à qua deinde effectuè oriuntur alij gradus, vsq; ad octo, idēd mediatè, & media forma ignis potest calor, vt octo, producere aliū calorem, vt octo, non vero immediate per se ipsum.

Tandem ex dictis facilè soluntur argumenta primæ sententiæ: & in primis, quando autores communiter asserunt calidum, vt octo, posse produce re calorem, vt octo, vt verum sit, intelligendum est, mediate, modo explicato.

Ad primam rationem responderetur propositionem illā vnum quodque operatur, in quantum est in actu, solum signicare,

Super. I. lib. de gener. & corrupt.

care, quodd ut agens opere debet esse in actu per formā, quae est principium operandi, non tamen, quod producat tantam formam, quantam in se habet. Vel secundō vnumquodque operatur secundum quod est in actu, id est, secundum totam formā, & hoc verum est, quia adhuc ad productionem gradus inferioris concurrunt superiores, & quilibet gradus ad productionem alterius sibi similis, licet non se solo, ut calidū, ut &c., secundū omnes gradus operatur, secundum quos est in actu, non tamen producit per se tantum, quantū in se habet. Et hinc patet solutio ad secundam: dicimus enim quemlibet gradū esse actiuū, & ita saltem eōcurrere ad productionem gradus inferioris æqualem tamen non producit nisi à superiori adiuvetur.

Quæst. IIII. Quæ proportio requiratur inter agēs, & pafsum in ordine ad spatiū.

V A M V I S . 2 . Physi. dis-
put. 4. quæst. 4. & 6. ostendit
sum sit naturalia agentia habe-
re determinatam sphēram acti-
vitatis ultra quam agere non
possint: similiterque agens im-
mediatum debere tangere paf-
sum contactu quantitatuo, &

non posse operari in distans;
quin prius operetur in propin-
quum, adhuc tamen non est ex-
plicata proportio, quam requiri-
t agens cum spatio: potest tam-
en dubitari virum agens pos-
sit fortius, & intensius operari
indistans, quam in propinquū,
& quidem quamvis sit princi-
pium apud Philosophos satis
receptum, omne agens inten-
sius operari in propinquum,
quam indistans, sunt tamen in
contrarium plures experienci-
iae, quæ non leuem ingerunt
difficultatem.

Quia experimur aquam fer-
uentem in lebete nimis cali-
dam esse, fundum vero illius,
quod igni longè proximus
est, esse fere frigidū, ita ut faci-
le possit quis manū ibi reti-
nere, ut docet Aris. section. 15.
Problematum, quæst. 4. & 8. ergo
ignis fortius agit in di-
stans, quam in propinquum.

Probatur secundō, quia ex-
perimur aquam in hyeme frigo-
re cœli cōgelari, aer tamē, qui
immediator est cœlo, nō con-
gelatur, nec recipit tantam fri-
giditatem, quia si illa reciparet
proculdubio conuerteretur in
aquā. Tertiō etiā constat expe-
rientia stupā aut papyru multū
igni approximatā, cōburi, mini-
mē tamen aerē illi contiguum
igne fieri, cū tamē aer interme-
dius

dius, & igni proximior non co-
buratur. Quarto etiā experi-
munt radios solares, dū reflectū
tur in pariete intensius illu-
minare aerē sibi proximū, cū ta-
tamen aliæ partes aeris magis
à pariete distantes, soliq; proxi-
miores videantur minus luci-
dæ: ergo sol intensius agit in di-
stantiæ, quā in propinquū. In hac
re non desunt qui licet affir-
ment in passum æque dispositi-
tū, agens necessariō operari for-
tius in propinquum, quā in di-
stantiæ, afferunt tamē posse agēs
ratione maioris dispositionis
existentis in passo intensius ope-
rari in distans, quā in propin-
quū. Quę sententia prima facie
apparet valde vera, nam siuei
ad agendū requiritur virtus a-
ctiva in agenti, ita etiā debita
dispositio in passo: ergo siuei
crescente virtute activa agētis
potest crescere esse actus, ita etiā
potest agens pro maiori dispo-
sitione passi intensius operari
in distans, quā in propinquū.

Secundo, quia ratione dispo-
sitionis passi potest agens ha-
bere effectum aliquē in distans,
quē non habet in propinquū,
vt omnes admittunt cū D. Tho.
in. 2. d. 1. a. quæst. 1. artic. 6. ad. 6.
Auerr. 8. Physi. & lib. 2. de cœ-
lo, comen. 4. & planè conuin-
citur experientia illa de pisce,
nomine torpedo, qui in bra-

chio pisces torporē,
non tamen in arundine inter-
media ratione dispositionis pas-
si, ergo maiori ratione alterare:
poterit partem distantē quam
propinquam ratione maioris
dispositionis passi.

Tertio, quia experimur nu-
bes soli obiectas, quō rariores
sunt, lucidiores reddi, etiā al-
liæ dēfiores sint magis propin-
quæ ipsi soli: ergo non obstante
maiori distantia, potest intensi-
fior ab agente produci esse actus
in distans, quā in propinquū
ratione maioris dispositionis
passi: quā sententiā probabilē
reputat P. Suar. 1. tom. Metap.
disp. 18. secl. 8. nu. 31. tamen pra-
babilius lōgē est, quod ipse eo
dem loco docet, scilicet nullo
modo effectum aliquem posse
in parte distantia intensiorem,
quam in propinqua, etiam si
ad sit maior dispositio passi. Et
ratio est efficax, quia si, v. g. lu-
minosum, vt octo, posset pdu-
cere in parte distantia lumen, vt
sex, vel tale lumē causat imme-
diatē à luminoso, vt octo, vel
à parte propinqua illuminata,
vt quatuor, sed à neutro causa-
ti potest, ergo non est possibi-
le. Probat minor, nā in primis,
nō potest causari à parte illumi-
nata, vt quatuor, quia lumē, vt
quatuor est imperfecti⁹ lumine,
vt sex, ergo non potest causari
ab illo.

Super I. Lib. de gener. & corrup.

ab illo, neque à luminoso, ut
octo, quia illud distat à tali pas-
so, ut supponimus; ergo nō po-
test immediatè in illud agere,
nam vi ostendimus. 2. physiq.
agens immediate debet tange-
re passum, & ratio est, quia o-
perari supponit esse, ergo va-
gens operari immediate in
aliquid passum, debet esse illi
immediatum. Probatur, quia
operari in hoc tempore sup-
ponit agens esse præsens, in
hoc tempore, ergo operari in
hoc loco supponit esse in hoc
loco, ergo nihil potest opera-
ri immediate in distans.

Et si respondeas partem lu-
cidam, ut quatuor, producere
lumen, ut sex, in parte illa sibi
propinqua, non tanquam prin-
cipalis causa, cum sit minus
perfæcum lumen, sed tanquam
instrumentū luminosi, vt & cito:
contrà est, nā omne agens per-
actionem intendit assimilare
sibi passū, & ita hoc ipso, quod
passum actuhabet formam, quā
agens intendit producere, ces-
sat actio, quia cessat finis eius,
ergo pars lucida, ut quatuor
ad summū posset producere in
parte sibi proxima lumen, ut
quatuor, & ultra nihil poter-
it, quia dum habet lumen, ut
quatuor, iā est similis illi om-
nino, ergo nullo modo, potest
attingere ad productionem lu-

minis, ut sex. Dicendum ergo
est, nunquam posse contingere,
ut effectus ab agente aliquo,
procedens intensior sit in par-
te distantii, quam in propinqua,
quantumuis adsit maior dispo-
sitio passi.

Quare difficultus est, soluere ra-
tiones dubitandi supra addu-
ctas, & quidem, ad experientiā
illam de aqua feruente inlebe-
te, respondet optimè Arist. se-
ctione. 14. Problematum, reuera
fundum lebetis, dum aqua inci-
pit calefieri, calidusq. esse illa, ut
quilibet experiri possit, pcedē
te tamē vltiori calefactione,
quando iam aqua feruescit cali-
dior est aqua, quā profundū le-
betis. Cui ratio, inquit est, quia
exhalationes calidæ, quæ sunt
in aqua existente prope fundū,
quæ prius incipit calefieri, quā
superior, cum aqua superior sit,
adhuc frigida, & densa, impe-
diunt, ne ascendant, &c. ita tales
exhalationes cœclusæ infundo
lebetis, mediantibus illis, adiu-
vatur actio ignis, ut profundū
lebetis sit calidius aqua ipsa: nā
ut supra vidimus multitudo
agentium, multum iuuat, ut ef-
fectus intensior euadat, quā aliæ
fieret: postea vero, quando iam
aqua superior incipit intense
calefieri, & rarefieri, partes sub
tiliores illius, aquæ, quæ nimis
calidæ erant in fundo lebetis, &

magis rarescat, quam superiores, ascedunt sursum, partes vero superiores, quae frigidiores sunt, ac densiores, descendunt ad fundum lebetis, & ita ab illicis refrigeratur fundum lebetis, partes vero superiores, quae calidiores sunt, feruntur, cum ramen tunc fundum lebetis, non sit adeo calidum, & quid simile. Dicendum est ad aliam experientiam, quae à quibusdam adducitur de oleo, quod dū supra papyru positum est, talem facit, & calidius esse sceler papirō, ipsa est enim similis solutio: ex hoc tamen nunquam probatur agēs intēsus operari in distans, quā in propinquum: prædictæ enim experientiæ aliunde proueniūt.

Ad secundam enim experientiam, de aqua scilicet in hyeme congelata, respondent quidam aquam inhyeme congelari, non verò aerem, quia dum aer inhyeme frigidior est, non impeditur aqua, ut totaliter reducat à principio intrinseco ad totam suam naturalem frigiditatem, qualiter impeditur tempore veris propter extrinsecum calorem aeris, & ita inhyeme ex vi frigiditatis sibi cōnaturalis congelatur: sed non placet solutio, quia aqua natura sua fluida est, ergo non congelatur ratione frigiditatis sibi cōnaturalis, sic enim aqua in statu naturali existens, non esset

frigida, sed congelata. Quare
dicendum est aquam nunquam
congelari propter solam nimiam
frigiditatem, nisi ab illa extra-
batur partes subtiliores humi-
dæ, ita ut non sit multum humi-
dæ, & ita congelatur in hyeme
quia dum est nimis frigida, si-
mul exicatur ab influentia ali-
qua coelesti aer tamen non con-
gelatur fortasse prius, quæ co-
uertatur in aquam propter ni-
miam eius raritatē, & humidit-
atē, & ita aqua, quæ ita se ha-
bet, magis disposita est ad cōge-
lationem: tū etiā, quia ab intrin-
seco habet nimia frigiditatem.

Ad tertiam experientiam, eodem modo respondeatur, nam quando stupa multum igni approximata est ciburitur, non tam aer interceptus inter illam, & ignem: non quia stupa majorē calorem recipiat ab igne, quam aer illi proximus: sed quia propter nimiam levitatem, & densitatem, & aliquantulum calorem est magis disposita ad combustionem, quam aer, cum babeat nimiam humiditatem, & ita minor calor receputus in illa, quam in ere sufficiens est ad illam ciburendam, vnde nūquam probat agēs intensitas opera in distas, quam in propinquū.

Ad quartā experientiā, varijs
sunt modi dicēdi, nā in primis
propter illā quidam planē cō-
cedunt posse agens intensius

Super I. Lib. de gener. & corrup.

Operari in distans, quā in propinquū, quod tamē impugnari potest ratione adducta pro nostra conclusione. Alij secū dīcunt, idē per reflexionē solē causare maius lumen in medio, quia radij solares vltterius natura sua tēderēt, nisi in pariēte, in quo reflectuntur, detinerēt, & ita intensius tūc illuminant mediū, quā sylterius diffundent, quia cū virtus vnitā fortior sit, radij solares in minori spatio collecti intēsius illuminant, quā syltra parietē detinēt illos pro rāherentur. Hæc solutio non placet, quia experientia constat magis operari lumen in medio, quādo radij, solares reflectuntur à corpore albo, aut etiā terso, quā à corpore nigro, aut fusco, cuius rei argumentū est, nā ad reflexionē luminis à corpore terso, vel albo multoties prope noctē potest quis cartā legere, minimē tamen iuxta corpus fusci: signū ergo est mediū apparere lumen ad reflexionē factū à corpore terso, vel albo, ergo tale lumen non sit maius ex vi solius detectionis radiorū solariū quia quod attinet ad solā detectionē, radij solares, ita benē detinentur à corpore fusco, sicuti à corpore albo. Vbi hic obiter ad hanc locutionē istas, quibz communiter dici solet radios

solaes diffundi per aerē, & in corpore opaco detineri, nō ita intelligendas esse, quod ipsi radij solares per se mouant, ita vt sint corpuscula quædā à sole orta, vt placuit Democrito: lumen enim non est corpus ali quod, & ita neq; per se aptum moueri, aut quiescere, sed potius est qualitas quædā, vt contrā Democritū & alios antiquos Philosophos, docuit Aris. 2. de animi. li. 2. c. 7. solū enim potest lumen detineri, aut vltterius trāsire, ex eo qđ continuo, pducatur, aut nō pducatur in partibus vltterioribus medij. Similes sunt locutiones, cū dicimus calorē animalis confugere aliquando ad partes internas animalis, aliquādo verò ad externas exire, non quia per se mouatur, cū sit qualitas quedam, sed quia cum magna ex parte subiecta in sanguine, & in spiritibus, vitalibus, quæ sunt corpora quædā, mouetur ad illorū motū. Quare ad experientiā illā dicendū est, idē lumen reflectū videri maius, cū recipiat in corpore denso, à quo reflectit lumen, ibiq; est magis actiū ratione densitatis materiae, & ita mittit ad potentiam visuā maiorem, & intēsiorē speciē sui, ratione cuius melius videtur. Præterea, quia, vt diximus, virtus in materia densiori fortius operatur,

Tatur, quā virtus aliquantulum maior in materia nimis rara, & ita lumen receptū in corpore denso licet minus sit, quā aliud receptū in partib^z aeris illi proximis, quæ minus distant à sole, utrumq; simul melius illuminat potentiam visivā, vel certā proximā, vt melius legatur, & ita apparet maior lux per reflexionē à corpore denso, nunquā tamen est maius lumen in spatio distanti, quā im propinquo ipsi soli.

Iuxta hanc sententiam, qua fatemur lumen, quando reflector à pariete recipi in illo, consequenter fatemur, lumen recipi in corpore opaco, nō in sola superficie ultima illius, vt quidā volunt, sic enim daretur in parietesola superficies lucis, per naturā autē nō potest dari aliqua superficies sola, quia nō potest dari indiuisibile separatum, & ita dicēdū est, nō solū recipi lumen in superficie corporis opaci, à quo reflector, sed etiā in aliquibus partibus profundis proximis superficie i ultimā ipsius corporis, ne detur superficies lucis separata, quæ vt vidimus. 6. Phys. habet partes, & indiuisibilia sibi intrinseca, iuxta proportionem ipsius subiecti, in quo recipitur.

Ex quo fit, corpus aliquod, non idē appellari opacum,

quia nullo modo sit capax lucis, sed quia difficile, & exiguum lumen recipere potest, tamen reuera aliquid recipere potest, & in quavis ei^z parte, quia omnes sunt eiusdem rationis: unde si daretur luminosum intensissimum perfectè illi applicatum totū illud illuminare posset, hoc tamen per naturā, non continet in corporibus perfecte opacis, quia cum exiguum lumen recipere possint, partes profundae distantes à luminoso nihil luminis recipiunt.

Sed objiciunt, lumen recipi in superficie corporis opaci, & nullū esse inconueniens à nobis allatum, scilicet quod alias si lumen reciperetur in sola superficie subiecti, daret superficies lucis sola separata à sua profunditate, dicunt hoc nullum esse inconueniens, sed necessarium ad mitēdum: quod probant, quia ponamus sphærām a stiuitatis luminosi, v. g. se extenderet tantum usque ad vigeniti passus, & deinde ponatur corpus contiguum eam ex extremitate talis sphæræ: tunc superficies ultima illius corporis penetraretur cū superficie ultima sphæræ iuxta dicta supra, cap. 6. atq; adeo talis superficies corporis cōtinetur intra terminū sphæræ a stiuitatis: ergo potest luminosum producere ibi lu-

Super Lib. I. de gener. & corrup.

men, tamen non potest tale lumen producere in partibus profundis extra illam superficiem, quia sunt extra sphaeram actiuitatis: ergo tunc necessario dubit in illo corpore superficies luminis sine profunditate illius luminis.

Respondeatur tamen facile, argumētū hoc optimē cōvincere, nunquam agens naturale agere in superficie corporis contigui cū extremitate suæ sphæræ, nec detur indiuisibile separatum à continuo. Et ratio à priori est, quia quamvis, ut argumentum probat, illa superficies cōtingetur intra sphærā aq[ua]tuitatis agētis, tamen quia, ut ostendimus. 6. Phys. omnia in diuisibilia ex natura rei pendent à partibus, quibus adhæret, saltem tanquam à subiecto adhæsionis, ideo quādo non est possibilis pars profunda, cui superficies qualitatis adhæreat, nec est possibilis illa superficies ex defectu subiecti, saltem adhæsionis, non potest talis superficies qualitatis solū produci: ad actionem enim præter agens, & approximationē, etiam requiritur presentia subiecti adhæsionis, à quo indiuisibile penderet: de hoc latius dicam. 2. lib. de Anim.

Tandem respondeatur ad argumenta afferentium salte maiori dispositione passi agens natu-

rale posse intensius operari in distans, quā in propinquum. Et ad primū respondeatur verū esse, effectum posse esse maiore ex maiori dispositione passi, debet tamen ad esse agens potens illū producere, tamen esse agens non potest produci intensior in parte distanti, quā in propinqua ex defectu agētis, ut in probatione nostrę sententia videntur, quia talis effectus nec immediate potest p̄duci à parti b° medij proximiorib⁹ ipsi agēti, eo quod qualitas ibi est remissio, ut supponimus, atque adeo imperfector, nec etiā potest produci immediate ab ipso agenti distanti, quia agēs immediatū debet esse cōtiguū cū passo, & ita etiā adsit maior dispositio, nō sit effectus intensior.

Ad secundam repondeatur diversam rationem esse, nam quādo pīscis ille causat torporem, in manu pīscatoris distantis, quamvis talem effectum non producat in arundine intermedia, producit tamen in illa nimiam frigiditatem, vel aliam qualitatem occultam, quæ dum peruenit ad brachium pīscatoris, ratione dispositionis passi producit in illo torpore, & ita iam assignatur causa immediata talis effectus, tamen si agens intensius operetur indistans, quā in propinquum nullum assigna-

designatur, ut dixi, agens immēdiatum talis effectus, atq; adeo hoc fieri non potest.

Ad aliam autem experientiā de nubibus soli obiectis, si fortasse vera est, respondetur causam illius esse posse non quod maius lumen recipiatur in parte magis distante à sole, quam in propinqua, sed quia ut supra dixi, lumen minoris intensio-
nis receptum in materia densa fortius illuminat partes aetis sibi propinquas, quam lumen ali-
quantulum maius receptum in materia multum rara: tunc etiā intēsorem speciem sui mitit, & ita ex his omnibus lucidior apparet. Simile quid dici posset de alijs actionibus reflexis: & hæc est causa eur tempore veris soli in cōualibus intensius calefacit, quam in cacuminib⁹ montium, quia scilicet calor in terra receptus, & si non sit ma-
ior, quam ille, qui est in aere, e-
quod magis distat à sole, tamē ppter densitatē terrae fortius calefacit, quam calor existēs in aere raro & ita profunditates nobis calidores apparēt: acce-
dit etiam, quod in conualibus venti minus agitantur quam su-
pra montes, ratione cuius verti-
ces montium plus longe refri-
gerantur, quam infima loca, &
ita minus calidæ apparent.

Dubitabit tamen aliquis in

haec quæstione: quæ sit causa, quare agens per lineam rectam fortius operetur, nam ex com-
muni mathematicorum sententia, sol tempore veris plus distat à nobis, quam tempore hyemis, cum tamen tempore veris nos longe fortius calefa-
cit. Respondetur autē causam esse, quia sol quando directè ca-
dit supra nos, omnes illius par-
tes applicantur versus nos, &
italicet distans sit, tamen per
lineam rectā fortius calefacit,
tamen quando est ad latus, non
omnes eius partes applicantur
versus nos, sed versus partes il-
li directo inferiores, atq; adeo
ex meliori applicatione partiū
actuarum agentis fortius a-
git agens per lineam rectam.

*Quest. V. Quæ proportio re-
quiratur ad agendum inter
actuitatem agentis, & re-
sistentiam passi.*

Hac in re supponere primū. Hopportet, quæ sit actuitas agentis, & quæ sit resistentia passi, & anutraque in omnibus formis æqualis sit: & in primis: actuitas agentis appellatur vir-
tus illa, seu qualitas, qua ope-
ratur; hæc autem actuitas tunc
est maior, quando intensius
aut celerius operatur, vel in ma-
iori sphæra, quia hæc omnia de-
notant

Super I. lib. de gener. & corrupt.

nōtant maiorem actiuitatem, à priori autem sumitur ratio maioris actiuitatis, vel ex sua specie, eo quod qualitas aliqua in sua specie sit perfectior alia, quia cūm actiuitas proueniat ex entitate rei, qualitas actiua perfectior, est etiam maioris actiuitatis: intra eadē vero species qualitas illa est magis actiua, quæ vel maiorem habet intensionem, quam alia, tunc enim est maior intensiue, vel saltem est in materia densiori iuxta supra dicta.

Difficilius tamen est in quo consistat ratio formalis resistētiae. Quidam enim asserunt, illā formaliter, consistere in actione, qua passum, rursus reagit in agēs ipsum, quia impedit ne agens ita facile agat in illo. Tenet Soncinas. s. Met. q. 6. Hauellus. q. 2. Niphus hoc loco, Vallesius controuersia. 2. Alij verò docent resistentiam non consistere formaliter in actione aliqua, sed per hoc precise, quod qualitas resistens informat subiectum, & ita illud quasi prius occupet, per quod impeditur ne agens, saltem ita facile agat in tali passo, & illud occupet, quasi non inueniretur iam ab alia forma occupatum. Tenet Marsilius hoc lib. q. 19. Albertus de Saxon. q. 17. Beatus in summa de generatione.

c. 2. utraque sententia si vniuer saliter non loquatur, vera est.

Quare dicendum nobis est, duplīcem esse resistentiam: aliā consistētem in actione, qua passum per reactionem impedit agens, ne ita facile in illud agat: alia verò, quæ in sola informatione subiecti consistit, quæ dum qualitas aliqua iam subiectum occupat, agens enim non ita facile agit in illud, sed paullatim, illam vincit, quæ appellatur resistentia formalis, quæ fit per formalem incompositibilitatem formarū. Et hoc ita esse dicendū probatur. Primo quod ad priorem partē, quia resistere est impedire ne agēs operetur, vel saltem ne tā facile; sed quando passum aliquod rursus agit in agens, debilitat, & remittit virtutem actiū illius, aliquos eius gradus corrumpendo: ergo impedit ne ita facile operetur, atque adeo per actionem illi resistit. Quod vero detur aliqua resistentia, quæ non sit actio, sed solum fiat per informationem formæ incompositibilis, probatur aperte, quia quando aqua calida actiue se reducit in pristinam suam frigiditatem, expellitque calorem in ipsa existentem, talis actio fit cū resistentia caloris, eo quod è contra frigiditati introducendae resistit calor existens in aqua:

Sed

sed calor nihil tunc producit
in illa, quia non potest assigna-
ri quid producat: ergo solùm
resistit frigiditati introducen-
da per informationem ipsius,
cum antea tale subiectum o-
cupauerit, & ita opus est quod
frigiditas contraria paulatim
introducatur.

Secundò, quia ponamus ca-
lidum, vt octo agere in frigi-
dum, vt quatuor, tunc cum ca-
lidum vt octo sit fortius, quā
frigidum, vt quatuor, ha-
bet maiorem sphēram actiuitatis,
quam frigidum vt qua-
tuor. Sit ergo sphēra actiuitatis
calidi, vt octo, duode-
cim passus, & sphēra actiuitatis
frigidi, vt quatuor, octo passus,
& ponatur frigidum, vt qua-
tuor distans per decem pas-
sus à calido vt octo; tunc
calidum, vt octo, agit in fri-
gidum vt quatuor, & succe-
siue, quia cum habeat contra-
riam qualitatem, non potest
ita facile vinci: ergo si frigi-
dum vt quatuor, non potest
ita facile vinci propter con-
trariam qualitatem, quam ha-
bet, iam resistit calido vt o-
cto, impedit enim, ne ita fa-
cile in illud agat: sed non po-
test agere in ipsum calidum,
quia tale calidū est extra sphē-
ram suę actiuitatis, eo quod
distat ab illo per decem pas-

sus, sphēra vero actiuitatis
illius frigidi, tantum se exten-
dit ad octo passus, vt supponemus:
ergo datur etiam resis-
tentia sine actione aliqua, per
solam informationem, seu oc-
cupationem subiecti,

Potest tamen secundo du-
bitari, quæ qualitates sint ma-
gis actiuae, quæ vero magis
resistivæ: & quidem quod at-
tinget ad actiuitatem, res hoc
modo se habet, vt calor sit
magis actiuis, deinde frigus,
humiditas postea, & tandem
siccitas. Ratio est duplex, al-
tera à priori, scilicet, quia a-
ctiuitas oritur ex perfectione
qualitatis: ergo eo modo se ha-
bent in actiuitate, quo se ha-
bent in perfectione: sed in
perfectione, ita se habent,
quod calor sit omnibus perfec-
tior, deinde frigus, tertio hu-
miditas, quarto, siccitas: er-
go eundem etiam ordinem ha-
bent in actiuitate. A posteriori
vero colligitur, quia expe-
rientialia constat, calorem cele-
rius omnibus agere, secundò,
frigus, tertio humiditatem, ae-
tandem siccitatē omnibus tar-
diorem esse.

Solum ergo est dubium, ve-
trum sit in illis æqualis resis-
tentiæ vis: in quo secundò cer-
tum esse debet, quod si loqua-
mur de resistentia, quæ sit
per

Super I. lib. de gener. & corrup.

per actionem, cum talis resistētia fiat per actiuitatem, eūdem ordinem habent in resistantia actiua, quem habent in actiuitate, quia agendo resistunt.

Solum ergo est dubium loquendo de resistantia formalis, quæ sit per informationem. In qua re prima sententia affirmat, hoc modo omnes qualitates esse æqualiter resistiuas. Tenet Petrus Martinez. 1. de cœlo c. 9. q. 9. Valle. 1. contro. c. 1. quorum fundamentū est, quia resistantia formalis sit per informationem, ut dixi : sed omnes qualitates, si in æquilibus gradibus considerentur, v. g. vt quatuor, æqualiter informant subiectum, quia in formant secundūm æquales partes formæ : ergo omnes qualitates habent æqualem resistantiam formalem.

Sed in hæc placeat communis sententia, affirmans inter qualitates, quanto aliqua est minus actiua, tanto magis esse resistiuam resistantia formalis, & ita loquendo de resistantia formalis, siccitatem esse magis resistiuam, deinde humiditatem, tertio frigiditatem, ac tandem ultimo calorem. Quā sententiam tenet Banez, hoc libr. c. 9. q. 3. ad 3. Tolet. q. 19. & iuxta hanc sententiam solēt communiter interpretari ver-

ba Aristot. 2. de generatione. c. 2. ubi calorem, & frigus appellat qualitates actiuae, humiditatem verò, & siccitatem qualitates passiuas, quæ scilicet minus agunt, quam resistunt, & ita dicuntur qualitates passiuæ.

Et ratione probatur, quia experientia constat, longe esse facilius, rem calidam frigesceri, quam rem siccacum humectari : ergo siccitas magis resistit, quam calor. Similiter difficilius exicatur quam calefit res aliqua humida: ergo humiditas magis resistit, quam calor.

Et si respondeas aquam ideo difficilius exicari, quam calefit, non quia magis resistit humiditas siccitat, quam frigus calori : sed quia calor magis agit in frigus, quam siccitas in humiditatem, cum calor sit longe actiuior, quam siccitas, & ita longe facilius aqua calefit, quam exicitur. Tamen contraria est, quia aqua maximè calefacta ferè nihil humiditatis admittit : ergo licet calor magis vincere siccitatē in actiuitate, quam frigus in resistantia, nō tamen esset actio tam notabiliter celerior, ita ut aqua maximè calefacta, fere nihil humiditatis amiserit.

Secundò probatur conclusio, quia

Quia sicut resistere agendo est Perfectior modus resistendi, & hoc quidem modo est maior resistentia in qualitate perfectiori, ita resistere nihil a gendo, sed quasi passiuè se habendo, & adhæredo ipsi subiecto est modus resistendi imperfectus: ergo hæc resistentia maior, est in qualitate imperfectiori, sedque imperfectior est, est minus actiua, ergo qualita tes minus actiuae sunt magis resistiuæ: deniq; in hoc natura puidae extitisse videtur, ut quod qualitas aliqua minus in contrarium agere potest, eò fortius subiecto adhæreat, & sic difficultius dimouetur ab eo, & ita prouidit qualitatē minus actiua esse magis resistiuam.

Obijcies primò, quia experientia constat frigus facilius vinei à calore, quam calorem à frigore: ergo potius est maior resistentia caloris, quam frigoris. Respondeatur concedendo consequentiam, si sermo sit de resistentia actiua, hæc enim optimè probatur esse maiorem in calore, quam in frigore: tamen si sermo sit de resistentia formalis, negamus consequentiam, quin potius contrarium planè colligitur ex maiori actiuitate caloris, quam frigoris, illa enim est maior actiuitas, quæ vincit maiorem re-

sistentiam, vel æqualem in breuiori tempore: si ergo calor actiuer est frigore, signum est resistentiam formalem frigoris maiorem esse resistentia ipsius caloris, quia æqualis non potest esse: quemadmodum enim actiuitas illorum est in æqualis, quia specie differunt, & ita in perfectione essentiali habent inæqualitatem, ita ob eandem causam, nō potest resistentia utrobiq; esse æqualis.

Obijcies secundò, quia per nos, resistentia humiditatis maior est, quam actiuitas illius: sed maior est actiuitas humiditatis, quam resistentia siccitatis: ergo de primò ad ultimum resistentia humiditatis maior est, quam resistentia siccitatis. Respondetur negando minorem, quin potius est maior longè resistentia siccitatis, quam actiuitas humiditatis, quia siccitas est prima in ordine ad resistentiam; at vero in ordine actiuitatis humiditas solum obtinet tertium locum, atque adeò calor, & frigus sunt magis actiua, quam humiditas: ergo sine dubio nō est tam actiua humiditas, quam resistiuia siccitas.

Et si instes, quia si siceum est magis resistiuum, quam humidiū actiuum, sequitur nun;

Super I. Lib. de gener. & corrup.

quam posse humidum vincere sic cum, quod est contra experientiam. Respondetur, negando consequētiā, quia quāuis si omnia sint paria, & ex parte intensiois, & dēsiratis, vel multitudinis materiæ sit magis resistua siccitas, quā humilitas actiua, tamē potest esse magis intensa humilitas, aut in maiori, vel densiori materia, & ita ratione huius erit magis actiua, quā siccitas exigua resistua.

Deniq; ad argumentū conteria sententiæ respondetur, quod quāuis omnes qualitates habētes equales gradus, & qualiter informent, tamen quia in perfectione essentiali, sunt semper inaequales, & diuersæ species, ideo etiā habent inaequalitatem resistendi, sicut è contraria, quamvis calor, & frigus, habeant equales gradus, tamē in opinione omnium magis actius est calor, quā frigus, ergo quid simile poterit intelligi, è contra in virtute resistendi.

His ergo de actiuitate, & resistentia suppositis, restat quæstio ytrum ad actionem debeat esse maior actiuitas agentis, quā resistentia passi. In qua re plures distinguunt duplex actionem; aliam, quam appellant victoriosam, qua agēs vin-

cit passum, destruendo totam eius qualitatem; aliam vero non victoriosam, qua licet passum reagat in ipsum agens, id tamē exiguum est, & tandem vincitur ab illo. Dicunt ergo ad actionem victoriosam requiri maiorem actiuitatem in agente, quā sit resistentia passi. Hæc tamen distinctio saltem, hoc proposito, non placet, quia quamvis aliquando passum reagat in agens, tandem vincitur ab ipso agente, vt quando calidum, vt octo, agit in frigidum, vt duo, vbi tamen vincitur frigidum vt duo, tamen frigidū, vt duo producit in calido, vt octo, vnicum gradum frigiditatis, expellitq; ab illo vnicum gradum caloris, respectu illius gradus, quem producit, victoriosa est, quia contraria resistentia passi producit illum gradū.

Quare dicendum est in omni actione debere esse maiorem actiuitatem agentis in agendo, quā passi in resistendo, & ita semper provenire à proportione maioris actiuitatis, quā sit resistentia passi. Quæ conclusio, præterquā quod est cōmunitas, etiam manifestè probatur, quia in omni actione, quæ sit cum resistentia, vt quando frigidum, vt duo, agit in calidum, vt octo, producit aliquem gradum qualitatis cōtra

tra conatum, & resistentiam agentis, ergo necessariò virtus agentis superat conatum, & resistentiam passi.

Et confirmatur, quia si tan-
ta est resistentia passi quanta
actiuitas agentis: ergo passum
resistit toti effectui, quæ agens
potest producere, atq; adeo a-
gès nihil potest agere, ergo ne-
cessarium est, ut sit actio, quod
sit excessus agètis supra passū,
& ita omnis actio dicit victo-
riam, & omne pati est quoddā
subijci ipsi agenti. Ratio vero
à priori huius est, quia quando
frigidū, ut duo, producit in ca-
lidū, ut o & o, vnicū gradū fri-
goris, ad productionē illi⁹ gra-
dus solū resistit octau⁹ caloris,
nō verò septē alij gradus, quia
(ut supra diximus) calor ut sep-
tem, & frigus, ut vñū non sunt
ex natura incompossibiles: tā-
rū ergo ad illam actionem re-
sistit vnicus gradus caloris, at
verò ad productionem vnius
gradus frigiditatis concurrit,
primus, & secundus grad⁹ frigi-
ditatis (ut diximus) supra enim
vidimus gradus superiores esse
actiū attingere ad productionē
gradū inferiorum: ergo tunc
reuera est maior virtus vnius
agendi, quam vnius resisten-
di, atq; adeo semper actio pro-
uenit à proportione maio-

ris actiuitatis, quām sit resi-
stantia passi. Et si respondeas
octauum gradum caloris esse
magis resistuum, quām vter
que gradus frigiditatis sit acti-
uus, tum quia ex sua specie est
perfectior frigiditate, tū etiā
quia gradus posteriores sunt
perfectiores priorib⁹, vt supra
vidimus.

Contrà tanem est, quia ex
maiore perfectione solum pro-
batur major virtus actiua, non
tamen resistentia (ut vidimus)
Secundò quia & si gradus po-
steriores sint actiuiores priori-
bus, si singula singulis com-
parentur, tamen octauus dum
taxat gradus caloris, si à prio-
bus præscindatur, non est ma-
gis actiū, quām plures gra-
dus frigiditatis simul sumpi-
ti, quod est fundamentum.
Verumtamen ex perfectione
posteriorum graduum, opti-
mè probari alterationem ex-
pelliā contrarij in princi-
pio difficultorem esse, quia ex-
pelluntur gradus posteriores
contrariæ qualitatis, quæ perfe-
ctior est, & ita actiuiores sunt,
atque adeo experientia sèpe
doceat alterationem longè fa-
cilius continuari, quā inchoe-
tur, ita ut etiam dicere meritò
possis: dimidium facti, qui be-
nè cœpit, habet.

Super Lib. I. de gener. & corrup:

Dico secundò, excessus actiuitatis agètis supra resistentiā passi debet esse absolute diuisibilis, quāvis, vt tantū possit esse indiuisibilis. Ratio est, quia indiuisibile non facit maius: ergo si fingeremus virtutem actiua solū superare resistiuā passi per aliquod omnino indiuisibile, non es- set maior virtus agentis, quām resistentiā passi, atque adeò non esset actio: debet ergo ex- cessus esse diuisibilis.

Dico tertio, dummodo excessus sit absolute diuisibilis, non sequitur, quod sit determinatus, & tantus, sed quilibet sufficit. Sic tenet Marsi. hoc loco contra Nymphum, & alios. Et ratio est, quia si virtus agentis ex cedit excessu aliquo diuisibili, licet non determinet, resistentiā passi: ergo resistit pas- sum toti effectui, quem agens potest producere: ergo saltem ille effectus, id quem non po- test resistere passum, poterit produci ab agenti, atque adeò si excessus sit diuisibilis, licet, non sit determinatus, & tan- tus, poterit optimè esse actio.

Quod autem hoc loco qui- dam obijeiunt, quod experien- tia compertum est, non quem- liber impulsu sufficere ad mouendum lapidem; ergo re- quiritur aliquis certus: nihilva-

let, quia quando impulsus, etiā paruæ actiuitatis, non superat resistentiā grauitatis, tunc non potest mouere lapidem, tamen si est maior ipsa grauitate ali- quo excessu diuisibili, quili- bet ille sit, mouebit lapidem.

Sed obijeiunt secundò, com- mune illud axioma Philoso- phorum. Actio est à proportio ne maioris inéqualitatis, cuius sensus est, debere esse inéquali- tatem, inter virtutem actiua, & resistiuam passi, & in ta- li inéqualitate maiorem debe- re esse in virtute actiua: ergo cum debeat esse à proportione maioris inéqualitatis, signum est requiri proportionatum ali- quem excessum, & determina- tum, vt sit actio. Respondetur tamen particulam, à propor- tione, etiam non significare, debe- re esse determinatum excessū in virtute actiua, sed potius tā- to plus agere agens, quād fue- rit maius excessus, supra resi- stentiā passi, & ita actio pro- venit à proportione maioris inéqualitatis, ita vt magnus excessus magnam causet actionem, exiguis vero exiguum, & ita ad agendum absolute non requiritur determinatus excessus. Et hæc de hac quæ- strione.

(?)

Quæst.

*Questio VI. Vtrum omne agens
in agendo repatiatur?*

Hac in re supponendum est terminos istos actio & reactio, passio & repassio, hoc modo distingui; quia actio significat actionem illam, qua fortius agens agit, ut quando calidum, ut osto, agit in frigidum, ut duo: & ita passio appellatur illa receptio effectus procedentis ab agenti fortiori. Reactio vero dicitur illa, qua agens minus forte rursus agit in aliud, & receptio talis effectus dicitur repassio: & ita queritur, vtrum omne agens, quandiu agit, repatiatur? Loquimur autem, quando agentia communicant in materia; hoc enim requiritur ad actionem, ut Arist. docet hoc cap. & ita, et si intelligentia agat in celum, nihil tamen repatitur ab illo, quia non habet materiam sicut celum. Similiter quanvis cœlum, & hec inferiora, in quæ agit, constent materia, cœlum tamen non repatitur ab his inferioribus, quia habet materiam longè diuersæ rationis ab illis.

Secundò supponendum est, quando vtrumque est in actu ad operandum, & in potentia ad recipiendum, quod ab illo produci potest: ut quando agit calidum in frigidum, frigidum

est in potentia ad recipiendum calorem, & in actu ad producendum frigiditatem: calidum verum est in potentia ad frigiditatem, & in actu ad producendum calorem: hoc vero deficiente non erit reactio, ut quando calidum ut osto agit in calidum ut quatuor, intendendo illum calorem, ut nihil repatiatur à minori calido, eo quod non est in potentia ad calorem possibilis produci ab illo, quia iam illum habet. Et hoc quod alij dicunt, quæstionem debere intelligi non secundū eandem qualitatem, sed secundū contrarias: satis tamen erit, si sit inter diuersas: potest enim siccum agere in calidum, producendo in illud siccitatem, & tunc siccum repatitur à calido, recipiendo calorem ab illo, cù tamen calor, & siccitas nō sint qualitates contrariae, sed diuersæ dum taxat.

Tertiò etiam supponendum est, etiam quæstionē esse, quando virumque agens est intra sphæram actiuitatis alterius: quia si alterū non sit intra sphæram actiuitatis alterius, nihil poterit pati ab illo.

His suppositis in hac quæstione, plures & difficiles sunt rationes dubitandi, quibus appetere videtur probari, agentia præsertim contraria non posse.

simul

Super. I. lib. de. gener. & corrupt.

simul agere, & pati. Primo, quia impossibile est, idem secundum eandem qualitatem simul esse inferius, & superius, siue, quod idem est, simul vincere, & vinciri ab eo: sed si calidum agit in frigidum, calor vincit frigus: ostendimus enim, actionem prouenire à proportione maioris adiutoriatis, quā sit resistentia passi: ergo si simul reparitur à frigore, vincitur ab illo propter similem rationem: ergo idem, & secundum eandem qualitatem, & respectu eiusdem est inferius simul, & superius in agendo: quod est impossibile.

Secundò, communis ratio est, quia fingamus ignem, & aquam agere inter se per medium, scilicet medio aere, tunc, cùm omne agens debeat agere prius in propinquum, quā in distans, vt ignis & aqua ad invicem agant, & repatiantur, debent prius agere in aerem medium: ergo si simul dum ignis calefacit aquam, frigefit ab illa, cùm hoc fiat per medium, necessarium est, simul aerem calefieri, & frigefieri: ergo simul moueretur motibus contrarijs, calefactione scilicet, & frigefactione.

Tertio augetur difficultas, quia sequuntur duo contradic-

toria, scilicet quod idem medium sit calidum simul, & non sit calidum. Probatur sequella, quia fingamus aerem illū medium inter ignem, & aquam, iam habere calorem ut quatuor, & frigus ut quatuor: quod non repugnat, cùm ex virtute qualitate, vt vidimus, possit subiectum habere usque ad octo gradus, & non amplius: si ignis agit in aquam per medium: ergo aliquid in illo producit de novo: ergo cùm anteā haberit calorē ut quatuor, modò habet calorem ut quatuor: ergo si simul aqua reagit in ignem per aerē medium: ergo aliquid frigiditatis produceret prius in medio: & ita, cùm anteā haberet frigus ut quatuor, modò habet frigus ut quatuor, quia iam excedunt latitudinem ut octo: ergo simul tale medium est calidum ut quatuor, & non calidum ut quatuor, ita ut idem quartus gradus caloris simul producatur, & corrumperatur.

Quarto arguit Burl. 3. Physicorum super text. 17. quia si constituamus duo agentia, vel ista sunt aequalia in virtute agendi, & si neutrū agit in aliud, quia omnis actio, ut ostensum est, prouenit à proportione maioris adiutoriatis

tis : si autem sunt inæqualitas virtutis, illud quod habet maiorem virtutem, habet actionem, aliud vero minimè, quia actio debet prouenire à proportione maioris actiuitatis : ergo nunquam & actio, & reactione sunt simul.

Tandem, quia in motu locali non est necessarium, quod mouens aliquod mobile, rursus moueat ab alio, qualiter licet manus moueat lapidem, non idem mouetur ab illo : ergo neque in motu alterationis agens in agendo repatitur.

Propter has ergo difficultates authores in varias sententias sunt distracti : quidam enim dicunt esse inter agens, & passum mutuam actionem, & reactionem, non tamen secundum eandem contrarietatem : est enim in primis qualitatibus duplex contrarias, altera inter calorem, & frigus, altera vero inter humiditatem, & siccitatem. Dicunt ergo : Agens aliquod, dum agit in passum, producendo in illud, v. g. calorem, non posse rursus repati ab illo secundum eandem contrarietatem, recipiendo frigiditatem tali calori contrariam, sed potius in aliam contrarietatem, scilicet recipiendo hu-

miditatem, vel siccitatem. Alij vero dicunt, inter agens, & passum esse mutuam actionem, & reactionem, & secundum eandem contrarietatem, non tamen secundum eadem partem, sed dicunt, agens secundum alias partes agere in passum, secundum alias verò repati ab illo.

Contra has ergo sententias dicendum est, omne agens in agendo repati secundum eandem contrarietatem, & secundum eandem partem, & in eodem tempore, existentibus tandem conditionibus supra in principio quæstionis explicatis. Quæ sententia communiter recepta est inier Philosophos. Tenet Marfil hic quæst. 19. Albert. de Saxo. quæst. 16. Paulus. Venet. in summa, cap. 19. Tollet. hoc lib. cap. 9. quæst. 3. & plures alij. Eā docuit expresse Arist. hoc cap. vbi dicit, contraria adiuicem inter se ageare: & similia cap. 8. & 9. & sequentibus habet, & 3. Physic. text. 16. & sàpè alibi.

Et probatur manifestis experimentis. Primo, quia dum quis manu apprehendit pomum frigidum, calefit pomum, manus vero redditur frigida, secundum omnes partes, quibus pomum tangit: ergo ibi est mutua actio, & reactio secundum ean-

Super I. lib. de gener. & corrupt.

Tandem contrarietatem, & secundum eandem partem. Idem est, quando aqua frigida infunditur aquæ calidæ, vbi tota resultat tepida secundum omnes partes: signum ergo est, secundum omnes partes ibi fuisse mutuam actionem, & reationem. Similiter cultelli dū se vehementi impetu tangunt, ad inuicem hebetantur, secundum omnes partes, in quibus sit contactus. Deniq; sunt pluri& manifestæ experientiæ.

Secundò probatur ratione manifesta, quia ad actionē tria requiruntur, scilicet quodd agēs sit in actu, passum verò in potentia: tandem, quod inter illa sit debita approximatio. Sed quando corpus calidū debitè approximatur corpori frigido, quælibet pars vtriusq; est in actu ad producēdā suā qualitatem in alia, & in potentia ad recipiendum qualitatem alterius, quia caret illa: ergo ibi erit actio, & reactio simul, secundum eandem contrarietatem, & secundum eandem partem.

Denique ad id probandum arguit Arist. cap. 9. sequenti, quia nisi sit mutua actio, & reactio secundum eandem partē, non esset possibilis mixtio. Ratio est, quia si dum ignis agit in aquam, & non repatiuntur ab illa, secundum eandem partem,

qua in illam agit, in illis partibus, quæ repatiuntur, & non agunt, introduceretur forma aquæ: & similiter in partibus aquæ, quæ tantum repatiuntur, & non agunt, introduceretur forma ignis. Oportet ergo, ut generetur mixtū diuersum ab elementis, quod elementa secundum eandem partem agere, & repati debeat per alterationem. De quo latius suo loco.

Supereft respondeamus ad rationes dubitandi in principio questionis adductas, in quo tota huius rei difficultas cōsistit. Et quidē ad primam facilis est solutio. Respōdetur enim, nullum esse inconueniens, idē respectu eiusdem simul esse superius, & inferius in agendo, non tamen respectu eiusdem actionis: & ita non est omnino respectu eiusdem: quia (vt supra vidimus) omnis actio dicit virtutem: quando calidum agit in frigidum, in tali calefactione calidum vincit, & est superius: è contrà verò, quando frigidum reagit in calidum, frigidum vincit calidum, & ita simul idem est superius, & inferius, non tamen respectu eiusdem actionis.

Ad secundam rationem dubij est etiam facilis solutio: nullum enim est inconueniens, idem

Idē simul moueri motibus contrarijs motu alterationis, dūmodū id sit in gradibus remissis composibilibus: vt si simul calefiant ut quatuor, & frigefiant ut quatuor. Quod (nescio quo fundamento adducti) quidam negare audeant hoc tempore: conuincitur enim planè pluribus rationibus; quia in primis extant manifestæ experientię suprà adductæ, quibus constat, eandem rem simul calefieri, & frigefieri, sed non in gradibus intensis, quia illi sunt incōpossibiles: ergo in gradibus remissis.

Secundò, quia alijs non salvaretur actio, & reactio simul: quod est contra Arist. & contra omnes. Probatur, quia vel idē simul agit, & reparit se cùdum gradus intensos, & hoc non; quia simul in eadem contrarietate sunt incōpossibiles: vel agit, & reparit secundum gradus remissos; & sic habeo intentum: vel secundum nullos gradus; & sic non est simul actio, & reactio.

Tandē (vt ex communī omnium sententia vidimus) contrarietas motus sumitur ex contrarietate terminorum: ergo quando termini non sunt incōpossibiles, neq; motus sunt incōpossibiles; sed calor & frigus in gradibus remissis opti-

mè compatiuntur, vt patet in aqua tepida: ergo neque calefactio, & frigefactio sunt simul incompossibiles in gradib⁹ remissis. Imò addo, minus propriam esse locutionem istam, qua dici solet, idē moueri motibus contrarijs in gradibus remissis: quia contraria (propriè loquendo) cùm debeant se ab eodem subiecto expellere, debent esse incompossibilia: sed in gradibus remissis, neq; qualitatis, neq; alterationes ad illas terminatę sunt incompossibiles: ergo, si propriè, & in rigore loquamur, non sunt contraria, nisi in gradibus intensis. Solent tamen in gradibus remissis impropriè appellari contraria; quia apta nata sunt se ad iniuciem expellere, si immedia- tè crescant.

Sed obijcies, quia non potest idē mobile simul moueri duobus motibus localibus: ergo neque duobus motibus alterationis. Respondetur esse diversam rationem; quia cùm per naturam non possit unum mobile simile esse in duobus locis, non potest simul moueri duobus motibus localibus: tamen quia simul potest habere qualitates contrarias in gradib⁹ remissis, ita potest moueri motibus contrarijs alterationis in gradibus remissis.

Super I.lib.de gener. & corrupt.

Difficilior longè est ter-
tia ratio dubitandi: videtur e-
enim probare, adhuc in gradis
bus intensis idem moueri mo-
tibus contrarijs: Quare ad il-
lam plures sunt modi dicendi:
quidam enim dicunt, inter a-
gens, & passum esse mutuam
actionem, & reactionem, non
tamen per eandem lineam, sed
per diuersam: nec concedunt
idem simul moueri motibus
contrarijs in gradibus inten-
sis. Quæ sententia ferè coincidit
cum ea, quam supra im-
pugnauimus, eorum, qui asse-
runt actionem, & reactionem
non contingere secundum eä-
dem partem. Et ita hæc solu-
tio non placet, tūm propter
diæta contra hanc sententiam;
tūm etiam, quia quando ali-
qua duo agentia contraria di-
rectè se respiciunt, nulla est
assignabilis ratio, quare potius
vnum agat per hanc lineam, a-
liud vero per aliam: ergo re-
vera per eandem lineam tendit
vtraque actio.

Secundo, alij respondent in
eo casu, quod medium illud si-
mul habeat calorem ut qua-
tuor, & frigus ut quatuor, es-
se adhuc quandam actionem,
& reactionem per tale mediū:
& ita cōcedunt, illud per actio-
nem ignis simul recipere vnu
gradum caloris, & corrupti-

in illo aliam gradum frigiditatis, & simul per actionem a-
gentis frigidi corrupti alium
gradum caloris ex p̄æexistē-
tibus, & produci alium
gradum frigiditatis: & ita
nanquam datur, nisi calor
ut quatuor, & frigus ut qua-
tuor: quæ non repugnant.
Quemadmodum (inquiunt)
si viuens perueniat ad maxi-
mum, quod potest habere, tan-
tum, quantum per vnam par-
tem acquirit, per aliam deper-
dit.

Hæc enim sententia, quæ hoc
tempore in hac nostra acade-
mia est communis, satis apertè
conuincit falsitatis, quia vel
hæc sententia admittit, inter
gradus qualitatis esse natura-
lem subordinationem, & de-
pendentiā: similiterque & in-
equalitate secundum perfec-
tionem individualem, ut suprà
ostendimus, vel non admit-
tit: si illud admittit, apertè po-
test conuinci; quia cum po-
steriores gradus ex natura rei
præsupponant priores, & ab
illis ex natura rei pendebant,
non potest quintus gradus ca-
loris permanere, nisi quartus,
vel alius prior, à quo posterio-
res pendent, corrūpatur, qua-
liter in igne prius expellitur
octauus gradus, quam septi-
mus: ergo vel tenetur hæc
sens

Sententia patrī, eundem quantum simul produci, & corrupti; vel certe si alius ex præexistentibus corruptitur, impossibile est, manere alios posteriores, qui ab illo pendent; præsertim, quod in gradibus etiam est determinata oppositio, ita ut non quilibet cum quo liber opponatur; ut supra etiā ostensum est: ergo non potest corrupti quintus gradus caloris, & quintus frigoris, nisi per aduentum quinti gradus caloris, & quinti frigoris: sed isti gradus sunt inter se incomp̄ possibiles, quia excedunt latitudinem utroque; ergo iuxta prædictam sententiam hæc solutio minimè sustineri potest.

Si autem hæc solutio non admittat tales gradus qualitatis ex natura rei subordinatos, sed afferat, prorsus esse similes, & æquales, tunc etiam aperte probatur eius falsitas; quia si huiusmodi gradus sunt omnino eiusdem rationis: ergo nulla est maior ratio, quare expellatur unus gradus potius quam alius; atque adeo, vel debent expelli omnes, vel nullus: falso ergo afferit hæc solutio, quendam gradum expelli, alium vero minimè.

Secundo, quia si isti gra-

dus sunt omnino similes: ergo sicut aqua habet virtutem ad producendum unicum gradum frigoris in tali medio, adhuc in praesentia contrarij, ut prædicta solutio admittit: similiter habet virtutem ad conservandum gradum præexistentem, ne corruptatur, quia tanta virtus requiritur ad producendum effectum eundem, sicut ad conservandum ceteris paribus: ergo falso est, quendam gradum frigiditatis produci, quemdam verò simul corrupti.

Quare his, & alijs solutionibus omissis, quæ ex dictis facile impugnari possunt, dicendum est, medium illud, per quod agentia contraria adiuicem inter se agunt, & repariuntur; si singamus nullum in se habere calorem, neque frigus, moueri simul motibus contrariis in gradibus remissis, quoisque recipiat quatuor gradus caloris, & quatuor frigoris, qui sunt inter se incompossibiles: quando verò peruenit ad statum, in quo iam habet quatuor gradus caloris, & quatuor frigoris, tunc non recipit simul calorem ut quinque, & frigus ut quinque, quia hæc sunt incompositabilia, & ita non erit mutua

Super I. Lib. de gener. & corrup.

actio , & reactio per illud ; sed agens fortius , & perfectius operabitur.

Alia vero ratio est , quia si ignis iam produxit in aere calorē vt quatuor , & medio illo etiam in aqua produxit calorem eundem , vt quatuor , iam aqua habet simul calorem vt quatuor , & frigus ut quatuor ; sed non potest simul recipere quintum gradum caloris , permanēte frigore vt quatuor , quia sunt incompossibiles , eo quod excedunt latitudinem ut oīo : ergo tunc agens , quod fortius est , vincet aliud : unde cūm aqua tunc solum habeat frigus vt quatuor , non potest producere quintum gradum frigoris in medio , vel in igne ; quia nemo dat quod non habet : & ita quando vtrumque agens peruenit ad eū statum , vt iam habeat calorem vt quatuor , & frigus ut quatuor ; quod fortius est , vincet aliud .

Sed instabis , quia ponamus talia agentia æqualis actuitatis , tunc non est maior ratio , quare unum potius , quam aliud vincat . Respondeatur tamen casum esse implicatum , quia hoc ipso , quod agentia sunt contraria , aut differunt specie , necessariō una qualitas est magis actua , quam

alia : ostendimus enim supra qualitates perfectiores magis esse actiuas : sed inter ea , quae differunt specie , necessariō unum est perfectius alio ; ergo maior est ratio , quare unum potius , quam aliud vincat .

Et si instes secundō contrā hanc solutionem : Non semper est mutua actio , & reactio : ergo non omne agens in agendo reputitur . Respondeatur , quæstionem hanc , ut principio quæstionis aduerti , intelligendam esse , quando vtrumque agens est in actu ad agendum in aliud , & vtrumque est in potentia , vt patiatur ab alio : quia ergo quando aqua iam peruenit ad eum statum , in quo iam habet calorem , vt quatuor , & frigus ut quatuor , non est in potentia , vt recipiat frigus ut quinque , & calorem ut quinque : idētunc tantum præualeat vñica qualitas , alia vero decrescit , quousque corrumpatur , vel generetur mixtum , vel quævis alia res .

Tandem in hac quæstione notandum est , non semper esse necessariō ad hoc , vt omne contrarium agat in aliud , producere prius in medio aliquid de nouo , quia aliquando satis est conseruare præexistens .

V. g.

v.g. singamus ignem calefacere aquam per aerem intermedium habentem iam calorem, ut quatuor: tunc ut ignis incipiat caleficere aquam, producendo in illam primum gradum caloris, non opus est, ut illum primum gradum producat in aere, quia iam aer habet illum, eum supponamus habere calorem ut quatuor, satis, ergo est agat in medio conservando illum gradum, ut deinde in aqua earum omni gradu calor prodeat primum gradum calor, & ita optimè tunc saluaturo nihil agere in distans, quin prius agat in propinquum, conservando iam alias productum, vel de novo producendo.

Ad quartam rationem dubitandi respondeatur, certum esse inter agentia specie diuersa, necessario vnu esse fortius alio, illud, scilicet quod habeat qualitatē perfectiore, quia illa, ut vidimus est magis actiua: nego tamen agens fortius posse pati ab agenti debiliore, v.g. calidum, ut octo à frigido, ut duo. Ratio est, quia ut supra vidimus, quando frigidum, ut duo producit unicum gradum frigiditatis in calido, ad illum gradum producendum concurrit uterque gradus frigiditatis, non tamen resistunt ad illius productionem omnes octo gradus ca-

loris, sed solum octauus, ut etiam supra ostendimus, & ita in haec peculiaria actione potentius est frigidū ut duo, quam calidum ut octo, quia non obstante illius resistantia producit in illo unicū gradum frigiditatis: imo quando producitor medietas illius gradus frigoris, non resistit octauus gradus calor, sed sola ultima medietas illius, non vero prima, quia dimidiū gradus frigiditatis, & calor, ut septem, & dimidium, non excedunt latitudinem, ut octo, & ita optimè compatiuntur.

Ad ultimam respondeatur de motibus alterationis, & de motibus localibus esse diuersam rationē: ratio est, quia virtus que qualitas contraria, ut calor, & frigus est actiua, & ita si utraq; agentia sint sibi in unicem approximata, necessarium est, sit mutua actio, & reactio, tamē non omnē mobile, quod ab alio localiter mouetur, habet ex se virtutem sufficiētem ad mouendum aliud, qualiter baculus, nisi ab alio moveat, nil mouere potest, & ita est dispar ratio de motibus alteracionis, &c de motu locali.

(?)

Super I. lib. de gener. & corrupt.

Quæst Ultima, Vtrum ex vi actionis, & reactionis mors sit naturalis viuentibus.

RES hæc plus longè medicis, quam Physicis conterusa est, & ideo breuiter diem. Conueniunt ergo omnes mortem esse naturalem viuentibus, saltem ratione principij passiui, quia ut vidimus. Phys. disp. 5. materia, quæ habet annexam priuationem aliarum formarum, & appetitum ad illas, est principium corruptibilitatis, constat etiam materiam de facto informatam forma viuentis habere priuationem aliarum formarum, & appetitum ad illas, & ita viuentia omnia saltem habent in se principium naturale passionum suæ corruptionis, imo & non viuentia propter eandem rationem: solum ergo estendum virum viuentia habeant in se naturale principium actionum suæ corruptionis; quæ res certata est, quæst. 1. huius disputationis, vbi ostendimus, idem saltem, secundum diuersas partes posse se ipsum effectuè corrumpere: Quærimus ergo utrum ex vi actionis, & reactionis in humidum radicale, mors sit naturalis viuentibus.

Secundò conueniunt omnes mortem esse naturalem viuentibus ex vi actionis, & reactiones, quæ est inter calorem naturalem, & alimentum, quia cum principio alimentum sic dissimile vienti, ac proinde habeat qualitates contrarias, à quibus viens ipsum in illius concoctione repatur, & ita calor naturalis paulatim minuitur, ita ut humidum radicale, quod desperditur, nūquam perfectè reparetur per humidum nutrimentale, quod per nutritionem acquiritur, atque adeò ex vi huius actionis, & reactionis mors est naturalis viuentibus, hoc tamen est ab extrinseco, quia alimentum quid extrinsecum est vienti. Quæritur, ergo utrum etiam habeat aliquod principium actionum naturale suæ corruptionis ex vi actionis, & reactionis ipsius caloris naturalis, in partes ipsius viuentis.

In qua re partem negatiuam tenet Vega super librum secundum de arte medendi, Vallesius secundo controveriarum medic. cap. 2. &c. 4. Metaphys. cap. 1. existimantes actionem solù corrumpi viens ab extrinseco, scilicet per actionem continuam extrinseci ambientis, vel per reactionem ambientis in calorem, quo souetur viens.

Cuius

Cuius fundamentum est, quia naturalis calor à natura inditus viuentibus ordinatur ad naturalem conseruationem, & reparationem animalium, ergo non potest esse principium naturale corruptionis illorum.

Secundū, quia ex communi theologorum sententia, si Adams non pecaret, posset ipse, & eius filij durare in perpetuum sed in eo casu haberet naturalem calorem, sicut nos habemus, quia eandem naturam, & speciem haberet: ergo ex vi solius reactionis naturalis caloris mors non est naturalis viuentibus.

Tandem posset hic fieri argumentum, quia res nulla potest habere in se principiū actuum suę generationis, alias posset se ipsam generare: ergo neque suę corruptionis.

Hæc tamen ratio soluta est iam à nobis, quest. I. huius. c. est enim dispar ratio de generatione, & corruptione, quia ut aliquid actione generet, debet præexistere, eo quod præexistētia est conditio prærequisita ad causandum, ut verò generetur debet non præfuisse, quod implicat: tamen in corruptione nullum est inconueniens, unam partem præexistentem alterius corruptionē effectiū

attingere, quia quod eadē pars viuentis non possit se ipsam effectiū corruptere, ostendimus loco citato.

Et si dicas, ergo poterit similiiter una pars viuentis aliā generare, licet nō se ipsam, & ita non sequitur inconueniens illud, scilicet, quod idē sit simul, & non sit. Respondetur, ita contingere de facto in nutritione, quae est quædam generatio partialis, vbi partes viuentis effectiū attingunt conuersionē alimēti in propriam substantiam.

In præsenti ergo, quest. dicendum est, mortem esse naturalem viuentibus ex vi solius actionis, & reactionis caloris naturalis in partes ipsius viuentis, ita ut una pars viuentis aliā per reactionem disponat. Quæ sententia plane colligit ex Aris. sect. 3. Problem. quest. 34. & lib. de iuventute, & senectute ad finē; & 2. de partibus animalium. c. 2. vbi dicit, mortem duplēm esse; aliā violentiā, quæ ab extrinseco corrūpente causatur; aliā verò naturalē, quam dicit provenire ab interno calore.

Ratio à priori huius est, quia viuentia in hoc differunt à non viuentibus, quod non viuentia sunt homogenea, id est, habent partes eiusdē rationis, & æqualitatis; at verò viuentia habet partes heterogenetas, id est,

Super I. lib. de gener. & corrup.

Id est diversæ rationis, & inæqualitatis, ita ut quædā maiorem calorem, quædā verò maiorem postulent frigiditatem: ergo partes viuentis, quæ diversas qualitates postulant, ad inuinicem, & inter se agunt, & reagunt, & repatiuntur, & ita ad inuinicem destruitur naturalis temperies, & proportio cui libet requisita, per quod ad corruptionem disponuntur: ergo viuentia in se habent principium aetiūm suę corruptionis.

Et si inquiras, quæ sit ratio, quare aqua, & si à contraria extaneatur, & calefiat nihilominus statim se reducit ad pristinam suam frigiditatem, tamen partes viuentis, si ab alijs alterentur, non possint se in suam naturalem dispositionem reducere. Respondeatur causam esse, quia calor naturalis, ita agit in partes animalis, ut illas paulatim corrumpat, donec illas in prauos humores conuerterat. Prætereà habet perpetuam litem cum illis, ita ut nunquā partes illæ suæ naturæ relinquantur, qualiter aqua finita calefactione, suæ naturæ relinquitur, ratione cuius potest se in pristinum statum reuocare.

Secundò probatur conclusio, quia in omnium opinione, senectus est naturalis viuētib⁹,

sed senectus nimis sicca est, & contraria naturali humiditatibus viuētis, quæ calore potius, quæ humiditate conseruatur, & ita in senectute partes humidiores resoluuntur, atq; adeo paulatim ad corruptionem disponuntur: ergo in viuentia ex viactionis, & reactionis inter eorum partes naturaliter corrupti puntur.

Vnde ad primum argumentum contrariæ sententiæ respōdetur, ea'orem naturalem minimè destruere partem illam viuentis, quia ut ostendimus. i. Physi accidentia non agunt in suum subiectum, saltem actione vniuoca, qualis est actio dispositiva, qua calor disponit subiectum, producendo calorem, tamen agit in aliam partem habentem dissimiles qualitates, & cui non est naturalis tantus calor.

Ad secundum responderetur ex communi Theologorū sententiæ: Adamum in statu iustitiae esse mortalem ab intrinseco, constat enim qualitatibus contrarijs, ex quarum actione, & reactione non minus continget mors naturalis, quā modo solū ergo præseruat corruptione ab extrinseco: quia si De° peculiari providentia non permetteret partes viuentis notabiliter extraneari, illas intrinsecus

secus fouendo : vel certè quia post longam vitam peractam sine morte hominis ad cœlestem patriam perducerentur, & non morirentur. De quibus hec dicta sufficient.

Caput VIII. & IX.

Postquam Arist. cap. præcedenti egit de actione, & passione, tādē in capite præsenti explicat, quomodo cōtingat talis actio, & passio ; & quidē cap. 8. de hac re varias refert antiquorum sententias, easq; reiecit: deinde verò in cap. 9. propriā de hac re profert sententiam, dicēs, q̄ cūm ens sit duplex, vel in actu, vel in potentia, ens quod est in actu, agit, quod est in potētia, patitur, non tantū secundum vnam, vel alteram partem, sed secundum omnes secundum quas est in potētia ad recipiendum terminum: debet enim, inquit, agens, & passum esse approximata: addit præterea, actionem, seu productionem, non fieri per diuisionem, vel segregationem corporis, aliias, inquit, nulla esset augmentatio; quia in hac potius vniū alimentū, quam segregatur: neq; etiā esset alteratio, quia idem proslus obiectum absq; diuisione modò est calidum, modò verò humidum.

Caput X. De mixtione.

In hoc capite(quod ultimū est huius libri) postquam Arist. egerat de mutua actione, & reactione, qua plura inter se agūt, vt generetur mixtum, iā in hoc cap. agit de mixtione ipsa. Tria autē agit in hoc capite. Primo, distinguit mixtione ab ipsis actionib⁹: secundò, explicat quomodo fiat mixtio: tertiod, agit de miscibili.

Ad primam partem accedētes, proponit Arist. rationem dubitandi, qua videtur probare, impossibilem esse mixtione, quia vel miscibilia manent actu in mixto, vel nō manent: si manent actu, ita quod nō sint corrupta: ergo manēt sicut erant ante mixtiōē; atque adeò sicut ante à non erat mixta, ita neq; modò: si autem miscibilia nō manent in mixto: ergo neq; sunt mixta. Probat, quia quod non est, non potest esse mixtum.

Vt verò hanc rationem dubitandi soluat Arist. explicat quid sit mixtio, docens qualiter distinguatur ab alijs actionib⁹, dicens, mixtione in primis differre à corruptione, & generatione; quia quando lignum comburitur, ibi corrum pitur lignum, & generatur ignis; neq; permiscetur lignum

Super I.Lib.de gener. & corrupt.

cum igne, neq; è contra, quia lignū corrumpitur, & manet ignis tantū. Quod verē etiā distinguatur à nutritione, & augmentatione, probatur, quia in augmentatione, & nutritione duo cōcurrūt, scilicet corruptio alimenti, & generatione partialis, dum producitur pars viuētis, sed mixtio differt à generatione, & corruptione: ergo etiā differt à nutritione, & augmentatione. Tandem q; etiā differat ab alteratio-ne, pbat, quia quæ miscētur, nō possunt omnimodè se habere, sicut antea, sed p alteratio-nē in subiecto factam, neque subiectū, neq; accidēs, quod per alterationē producitur, amittunt aliquid de sua inirr-seca entitate: ergo mixtio etiam differt ab alteratione.

Quo supposito, respōdet ad rationē dubitādī iā adductā, dicēs miscibilia actu nō manere in mixto, quia quodlibet illorū non est actu separatum ab alio, & per se existens; alijas non esset mixtio, maneret tamen in potentia, quia rursus separari possunt.

Deinde in 2 p capitū expli-car, q; a modō fiat mixtio, dicēs, illam nō tantū fieri appa-reter ad sensum, quis possunt miscibilia ita in minutissimas partes redigi, ut vix sensu per-

cipi possint, cū tamen reverā misceri possint: neque etiam, inquit, fit mixtio, ex eo quod in minutissimas partes redigant miscibilia, deindeq; ad inuicē copulentur: hæc enim, inquit, potius est pluriū partiū compositio, quā mixtio, quia ibi manet omnes ille par tes, quæ ad inuicem copulan-tur, qualiter, inquit, quando ordeum miscetur cum granis tritici, omnia grana manent integra: quare, inquit, mixtio ex eo fit, quod miscibilia acta non maneant, sed potius in potentia, & virtute.

Tandem in tertia parte agit de miscibili, docens quale de beat esse, & dicit tria debere habere. Primo, quod miscibilia sint mutuū inter se ativa, & passiva, communicentque in materia, & hac ratione ad inuicē refrāgant, & sic mixtionem efficiant. Secundō, q; sint facilē diuisibilia, qualia sunt humida, & ita lapis, inquit, & ferrum difficilē mis-centur: nec satis est esse facilē diuisibilia, sed requiritur, quod non sint viscosa, seu vnuctuosa: hac enim difficilē mis-centur, qualiter oleum, vel bu-tyrum, quæ viscosa sunt, diffi-cilē miscētur cum aqua. Ter-tiō requiritur, quod miscibilia sint proportionata in acti-vitate,

Sicutē, & magnitudine, quia si vnum sit longē fortius alio; conuertet illud in suam substātiām; & ita ex vtrōque non generabitur mixtum tertiu: unde concludit, dicens, quod ex his miscibilibus per mutuam actionem, & reactionem refra&dis, generatur aliquod tertiu, scilicet mixtum: vnde definit mixtionem, dicens: *Mixtio est miscibilem alteratorum vnuo.*

Disputatio V. & ultima huius libri de Mixtione.

Dehac re disputat Arist. tū hoc cap. tūm lib. 2. cap. 9. & alijs, vbi postquam egit de elementis, ex quibus mixta ge&neratur, agit de mixtione; quia rāmen Aristot. disputationem hanc hoc loco instituit, interpretes eius, eam hoc loco absoluunt; ego vero eundem ordinem sequens, ea, quae Arist. docuit in di&is locis, & alicuius in hac re momenti sunt, disputabo.

Quest. I. Vtrū mixtio sit possibilis.

Mixtio multiplex est, vt partim colligi potest ex

his, quę Arist. docet in hoc capite; quedam (inquit) est mixtio, qua vtuntur pharmaco-pole in suis pharmacis conficiendis, in qua miscibilia non cor&rumpuntur, sed potius manēt atq;issimē copulata, vt esse atq; in quem ordinantur, habere possint: & hæc impropriè appellatur mixtio, potius enim est vnuo localis plurium, quæ potius efficiunt vnum per accidēs, quām mixtu verē, & propriè vnu. Similis est mixtio, cuius meminit in hoc c. Arist. qua ordeū miscetur cū tritico.

Secūdū sumitur mixtio pro continuatione duorum, qualiter dicere solemus particula&lam aquæ cum alijs misceri, & etiam est impropriè mixtio, quia non resultat aliquod tertium diuersæ rationis à miscibili&; & ita potius est continuatio, quām mixtio, quia non resultat aliquod tertiu diuersæ rationis ab illis: quare vera, & substāialis mixtio est, qua plura illa inter se vnta cōfunduntur, arq; ita inter se alterātur, vt ex mutua eorū pugna resul&tet aliquod tertium diuersæ rationis ab illis: & de hac re potissimē agitur in præsentia, de qua quærīt, vtrū sit possibilis?

Et quidē mixtione hanc esse possibilē, pluribus rationib⁹ cōvincivdetur, quia vt ele-

Super I. lib. de gener. & corrupt.

menta vniuantur ad conficiendum mixtum, opus est in vnu locum conueniant: vt ibi per mutuam actionem, & reactionem tertium aliquod ab illis diversum generetur, sed per naturam impossibile est, elemēta in vnu locū cōuenire: aliās in mixtis, quae generantur in profundo mari, opus esset aliquam partem ignis vsque ad eum locum descendere per tantam aqua profunditatem: quod est incredibile. Imò etiam in liquoribus videtur impossibilis mixtio, quia de ratione mixtionis est, quod miscibilia in aliquod tertium transmutetur, & ita non maneant secundum proprias formas: sed experientia docet, aquam vino permixtam posse per artem à vino extrahi, & separari, quolibet in sua forma manenergo etiam in his est impossibilis mixtio.

Tertio, quia non est à quo fiat huiusmodi mixtio: ergo non est possibilis. Probatur, quia causa efficiens mixtionis sunt ipsa elementa, quae sunt miscibilia cōcurrentia ad mixtionem: vel est causa aliqua vniuersalis, vt Deus, vel cœlum: non primum, tūm, quia elementa, que simplicia sunt, sunt imperfectiora, quā mixtum, quia continet illa vir-

tualiter, vt infrā dicam: ergo saltem in genere causæ principalis non possunt attingere ad productionem mixti, imò neque vt causa instrumentalis. Et probatur, quia de ratione cuiusvis causæ efficientis est, quod existat in eo instanti, in quo causat, vt vidi mus 2. Physicorum: sed elementa in eo instanti, in quo generatur mixtum, non sunt causa, quia tunc corruptuntur, vt generetur mixtum: ergo. Quod vero neque possit esse causa efficiens mixtionis causa aliqua vniuersalis, probatur, quia efficiens particularis debet reduci in causam particularem: ergo cuiuslibet mixti particularis, assignanda est causa particularis, non vero vniuersalis.

Dicendum tamen est cū cōmuni Philosophorum sententia, veram mixtionem possibillem esse per naturam, non solum in liquoribus, sed etiam in elementis, ita quod ex elementis tertia aliqua substantia in virtute continens elementa generetur. Et quidem de liquoribus facilis est ratio, quia corpora liquida facile inter se miscentur secundum minutissimas partes: ergo liquores contrarij

sic inter se permixti habebunt mutuam actionem, & reaktionem, donec se ad quoddam temperamentum reducant, & tunc poterit generari tertium aliquod mixtum, cuius sit proprium tale temperamentum.

Et simili ratione probatur de elementis, quia quando aqua ratione suæ humiditatis, commiscetur terræ, tunc talia elementa alterabunt se, secundum humiditatem, & siccitatem; ergo ibi concurrunt humiditas frigiditas, & siccitas utriusque elementi: concurrit etiam calor à sole productus, & ita adsunt, quatuor qualitates permixte, que in mixto reperiri solent: ergo adeo sufficiens dispositio ad producendum mixtum, atque adeo erit possibilis mixtio.

Ad primam rationem dubitandi sunt qui existimant, necessarium esse, omnia quatuor elementa per se ipsa concurreat productionem mixti, quod tamen optimè impugnat ratio dubitandi, quia ridiculum est dicere portionem aliquam ignis descendere usque ad profundum maris, ubi generantur mixta.

Quare licendum est, satis esse, quod concurrant duo elementa per se ipsa, ut terra, & aqua, quia medio calore solis adsunt ibi omnes quatuor qua-

litates elementorum, & ita potest fieri mixtum.

Et probatur planè, quia elementa, in tantum requiruntur, ad mixtionem, ut subiectum alterent, secundum qualitates, donec ex illis resultet temperamentum aliquod, medio quod mixtum aliquod generari possit: ergo ubi adsunt qualitates elementorum, quæ subiectum alterare possint, satis erit ad mixtionem, etiamsi omnia elementa per se ipsa non concurrant, sed quando terra, & aqua permiscentur, ibi adsunt tres qualitates, scilicet frigus, humiditas, & siccitas: ergo medio calore solis ad sunt omnes qualitates elementorum: ergo optimè potest fieri mixtio, atque adeo ad mixtionem satis est omnia elementa concurrant, secundum suas qualitates; at vero per se ipsa, satis est concurrere duo elementa. Tum, quia, optimè saluatur definitio mixtionis, scilicet, miscibilium alteratorum unio: inquit addo cum solo unico elemento, dummodo ad sic aliud mixtum, quod simul cum elemento commisceatur, posse fieri mixtionem, quia cum mixtum, ut postea dicam, continet quatuor qualitates elementorum, redactas tamen ad temperiem: elementum vero continet duas qualitates, in-

Super I. Lib. de gener. & corrup.

grādu magis intenso', potest elementum, ita permisce-
rī cum aliquo mixto, V.g. cum
liquore, vt per mutuam actio-
nem, & reactionem, vtrūq;
corrumperatur, & generetur ter-
tia aliqua substantia mixta. Di-
xi tamen, dummodo adsit il-
lud mixtum, quia ex vno tan-
tum non fit mixtio; nam mix-
tio necessariō est inter plu-
ra, & ita Arist. merito in de-
finitione mixtionis dixit: Mis-
cibilium alteratorū vno, imo
etiam potest fieri mixtio sine
omni elemento, vt quando fit
expluribus mixtis, V.g. ex plu-
ribus liquoribus; ibi enim sal-
tem adsunt qualitates elemen-
torum, in illis liquoribus con-
tentæ, & cum ex illis permix-
tis generetur tertia aliqua sub-
stantia, verè, & propriè est mix-
tio.

Ad exemplum verò de a-
qua vino permixta responde-
tur, quod cum vt aqua con-
vertatur in vinum, vel è con-
trà opus sit prævia alteratio-
ne, qua vnum in aliud agat,
vt illud in suam substantiam
conuertat, toto illo tempore
quo durat talis actio, aqua re-
tinet suam formam substan-
tialē, & tunc per artem po-
test extrahi aqua à vino, non
tamen postea, quia transacta
alteratione, aqua est substan-

tialiter conuersa in vinum, vel
è contrà, quia tunc non ma-
net vrumque secundum for-
mam, sed potius vnum est in
aliud conuersum, vel certe ex
viroque generatur aliqua ter-
tia substantia, media tamen,
quia experientia illa de extra-
ctione aquæ à vino, vt in plu-
rimum fit statim post immis-
sionem aquam in vinum, quan-
do nondum est facta conuer-
sio substancialis, sed adhuc du-
rat alteratio, ideo contingere
soler, aquam vino permixtam
ab illo extrahi.

Ad secundam rationem res-
pondetur, optimè conuinci
elementa non attingere effec-
tiq; ad productionem mix-
ti, quia non sunt in instanti
productionis mixti, tum etiā
quia vt supra dixi, elementa
sunt imperfectiora mixto: er-
go saltem, vt causa principalis
non possunt attingere effecti-
uē eius productionem.

Nec valet solutio eorum,
qui afferunt, quodlibet ele-
mentum seorsum sumptum es-
se imperfectius mixto, tamen
omnia simul sumpta esse per-
fectiora mixto. Contra est,
quia si quodlibet eorum inten-
siuē est perfectius mixto,
omnia simul non possunt, ac-
quirere perfectionem illius,
quia perfectio extensua, nun-
quam

quam potest adæquare per-
fectionem intensuam, sicut
quia quodlibet bruti est im-
perfe&tius homine, etiā mul-
ta brota simul sumpta, sunt
imperfe&tiora illo in perfe-
ctione essentiali.

Quare dicendum est, quod quando ex elementis genera-
tur mixtum, quāvis effectus
ille particularis reducatur in
causam particularem aliquam
instrumentalem: quia ut ostē-
dimus 2. Physic. qualitates,
seu dispositiones, que dis-
ponunt materiam aliquam ad
productionem alicuius for-
mæ, effectuè attingunt instru-
mentaliter productionem illius:
tamen nullum est incon-
ueniens, effectum particula-
rem reduci tanquam in cau-
sam principale in solam cau-
sam vniuersalem, scilicet in
causam primā, quia cùm mu-
res, & alia animalia imperfe-
&ta generantur ex putredi-
ne terræ, nulla causa particu-
laris principalis assignari po-
test, quia terra illius propin-
qua, cùm natura sua sit imper-
fector viuenti quoquis, non
potest esse causa particularis
alicuius viuentis. Ratio ve-
rò à priori huius est, quia licet
causa vniuersalis ex se indif-
ferens sit ad plures effectus
producendos, tamē determina-

natur à particulare instrumen-
to, scilicet à qualitatibus, quæ
petunt determinatā formā ad
particularē effectum produc-
dū, & ita satis est effectū par-
ticularē reduci in causam par-
ticularē instrumentalem. Di-
xitamē, plures effectus redu-
ci in causam solam primam,
tanquam in causam principa-
lem, ut excluderem plurimo-
rū sententias asserētum, om-
nes effectus horum inferio-
rum in sua productione pen-
dere à cœlo, quia ut latius 2.
Physicor. licet cœlum mediz
sua influentiā multū confe-
rat ad prœiè disponēdū mate-
riam aliquam, tamen effecti
uè non pendet generatio ali-
qua horum inferiorum ab ac-
tuali concursu cœli, ut citato
loeo ostendimus, quod de
productione viuentium potis
simè verum est: cœlum enim
est imperfe&tius quoquis viue-
ti, cū inanimatum sit, ut suo
loeo ostendi, & ita nullius vi-
uentis potest esse causa prin-
cipalis, quare nulla proda-
ctio horū inferiorum in pri-
mam causam reuocanda

est. Legantur ibi

dicta.

(?)

Super I.lib.de gener. & corrupt.

Quesit. II. Quid sit mixtio.

RA TIO Dubitandi est, quia Arist. in viiiis verbis huius capituli hoc modo definit mixtionem, scilicet. Mixtio est miscibilium alteratorum vnio: vel ut habet alia versio. Mixtio est miscibilium per alterationem in unum collectio. In hac enim diffinitione videtur committi circulus, quia diffinitur mixtu per miscibile, & ita non diffiniunt per aliquid notius, quia miscibile denominatur a mixtione saltem possibili.

Tamē ut rem hanc intelligamus, aduertendum est, ad mixtionē plures actiones concurrere. Primo reperitur motus localis, quo miscibilia secundum partes minutissimas inter se miscent, & in hac actione nō consistit mixtio substancialis, sed localis potius. Secundū reperitur alteratio, qua miscibilia mutud agunt, & repatriuntur, vt ad quoddam tertium reducantur, & in hac etiam non consistit ratio substancialis mixtionis, tūm quia est mutatio accidetalis, & ita in ea nō potest consistere substancialis mixtio: tūm eiā quia mixtio significat productionem substantiam cuiusdam tertij quodammodo continentis misci-

bilia: sed per illā praeuiam alterationem miscibilium non producit tercia aliqua substancialia, alias virtualiter continēs; sed potius disponuntur miscibilia ad productionem talis substancialiæ: ergo neque in illa alterazione consistit ratio formalis mixtionis.

Tertiū ergo in mixtione reperiuntur productio formæ substancialis mixti, in quo miscibilia quodammodo continentur.

Tādem quartū reperitur vno inter materias ipsarū miscibilium, quia ex illis omnibus resultat unica totalis materia, quæ informatur forma mixti ad modum, quo supradiximus, in nutritione præter illam actionem, qua producitur in materia alimenti forma viuentis, reperiuntur quandam aliam actionem substancialiæ uniuersitatem materiæ alimenti cum materia ipsius viuentis.

Dubius ergo est, utrum ratio formalis mixtionis consistat tantum in actione productiva formæ mixti, vel in actione nutritivæ materiarum ipsarum miscibiliū, vel in vitroque simul. Et dicendum est breuiter, vt in simili sententia dixi de nutritione; mixtionem non esse actionem aliquam prorsus simplicem, sed potius integrari in suo conceptu essentiali, ex utrāque

que illa actione, altera produc-tiva formæ mixti, altera vni-tiva materiarum ipsorum mi-scibilium, ita quod ex utraq; coalescat quedam totalis a-tio per se una. Ratio est, quia mixtio, ut ipsum nomen sonat, significat actionem pro-ducentiam alicuius tertij, ita tamen, quod miscibilia vniā tur in illo: ergo præter produc-tionem formæ substantia-lis, significat mixtio vniōne materiarum ipsorum miscibi-lium, formæ vero illorum cū corrumpantur, admixtionem non possunt vniiri: vnde Ari-stotel. merito dixit. Mixtio est miscibilium alteratorum yno.

Nec valet dicere Arist. so-lum in haec definitione ex-plicasse vniōne miscibili-um non vero productionē formæ mixti: ergo ratio for-malis mixtionis tantum con-sistit in illa actione vni-tiva. Respondetur Aris. non loqui de vnitione, quæ tantum sit per mixtionem localem, sed de vnitione in quodam ter-tio substantiali, & ita etiam explicatur altera a-tio produc-tiva formæ mixti, continen-tis miscibilia.

Quod vero ex utraq; illa actione fiat quedam totalis a-tio per se una, patet, quia il-

lae actiones partiales habent inter se intimam connexio-nem, & ordinem, vt produ-cant mixtum: ergo sicut ex forma mixti, & materijs mis-cibilium iunctis fit vnum per se, ita ex actionibus partiali-bus, mutuo inter se cōnexis, & subordinatis: & hinc pa-tet esse longè diuersam ra-tionem, si Deus crearet mate-riam longè separatam à for-ma, & deinde multo tem-po-re crearet formam, quia licet istæ actiones terminentur ad constituendum vnum per se, quod resultat ex materia, & forma, tamen actiones illæ non coalescent in unam tota-lem actionem per se unam, quia non fiunt cum actuali de-pendētia, & cōexione vnius cum alia, & ita quælibet est totalis in se.

Et si inquiras quem ordinem habeant inter se duæ illæ par-tiales actiones, in quibus inte-gra essentia mixtionis con-sistit. Respondetur, quod at-tinet ad durationem tem-po-ris in eodem instanti tempo-ris, esse utraq; illam actionem, quia in eo instanti quo corrumpuntur miscibilia, re-sultat tertium quoddam mix-tum, in quo inanent materiæ ipsorum miscibilium, & ita produc-tio formæ mixti, &

Super I. lib. de gener. & corrupt.

vnitio materialium ipsorum miscibilium, in eodem instanti sunt, si tamen loquamur de ordine secundum prioritatem naturae, dicendum est: vniōne ipsarum materialium miscibilium ordine naturae antecedere productionem formae mixti. Ratio est, quia si forma mixti adueniret materialiis, nondum unitis, sed adhuc divisionis, & discontinuis, essent etiam plures formae discontinuae ex discontinuatione subiecti, & ita simul cum illis mixtis discontinuis constitueret plura mixta, totalia, & discontinua, atque adeo, nunquam produceretur unicum mixtum. Tantum ergo dicendum est, è contra, prius natura uniti materialia miscibilium, & in unum rotalem, & continuam coalescere, ut ex unitis illis materialiis, deinde unica mixti forma educatur.

Dices, vnde ergo in illo proprio naturae illę materialę cogunt inter se uniti, quia tunc nondum intelligitur forma illarum veluti viens. Respondetur ex eo uniti, quia cū sint ultimatae dispositio ad mixtionē substantiali agens naturale in ductoriū formam mixti, illas unit, ut illis perfecte permix-

tis per continuationem unitae mixti forma educatur.

Ex dictis facile solui potest quæstio alia, quæ hoc loco tractari solet. Vtū mixtio substancialis essentialiter differat à generatione substanciali: Plures enim communiter tuentur perte negatiā, ea ratione ducti, quia actiones distinguunt per terminos: sed idem mixtū, secundū speciem, quod producitur per mixtionē plurū miscibilium, potest etiā per solam generationem produci, V.g. vermis, & potest produci per generationē ex semine, & etiā per mixtionē ex plurib⁹ elemētis mixtis, & putrefactis: ergo cū aliás vtrāq; actio procedat ex eodē termino à quo, ex priuatione, scilicet rei generadæ, sequit̄ generationē, & mixtionē habere eundē terminum à quo, & ad quem, atq; adeo nō distingui specie.

Verum tantum hac in re: duo dicenda sunt. Primo, nō quālibet productionem mixti esse mixtionē: primo, quia aliás creatio hominis esset mixtio, quod ridiculum est. Secundō, & à priori, quia mixtio dicit̄ actionem, qua plura miscibilia in unum locum conueniunt, ut plura mixta, non ex mixtione plurium miscibilium; sed tantum ex alio mix-

mixto fiunt, ut quando generatur viens ex semine, & cadauer ex viuenti, ergo non qualibet productio mixti, est mixtio.

Dico secundò: mixtionem essentialiter differre à generatione substantiali. Sic tenet Bañez hic quest. 3. conclus. 2. & in primis Arist. non longè abest ab hac sententia, mixtionem enim, & generationem, non eodem modo definiuit: generationem enim definiuit esse mutationem huius totius in hoc totum, nullo sensibili remanenti, mixtionem vero esse miscibilium alteratorum unionem: cum vero utraque diffinitio essentialis sit, vera generatio, & mixto essentialiter differunt.

Præterea Arist. in hoc capite eodem tenore verborum, quo asserit mixtionem differre à corruptione, augmentatione, & alijs motibus, asserit etiam, differre à generatione.

Sed ratione à priori probatur desumpta ex differentia, quā Arist. assignat inter generationē, & mixtionem, quia mixtio supra generationē, & productionē formæ, essentia liter dicit unionē miscibiliū, ut diximus, ergo essentialiter differt ab illa, sicut homi-

nes essentialiter differunt ab anima, quia supra illam essentialiter dicunt aliquid aliad, scilicet corpus.

Nec ratio in contrariis obiecta aliquid probat. Respondeatur enim, quod licet per generationem, & mixtionem probatur, idem mixtum, quasi materialiter, non tamen habent illæ actiones eundem terminum formaliter, quia idem mixtum, quatenus resultat ex commixtione plurium, terminatur per mixtionem, generationem vero non terminat sub hac ratione formalis, sed prout absolute producitur sine plurimum comixtione in aliquod tertium.

Tandem ad rationem dubitandi in principio quæstionis propositam. Respondetur, in illa diffinitione, nec committi circulum, nec definiri idem per se ipsum.

Ratio est, quia illa particula. Miscibilem, ibi miscibile, non denominatur à mixtione substantiali, quæ definitur: Sic enim definiretur idem per se ipsum, sed denominatur à mixtione locali, quæcum ad sensum pateat notior est, quam mixtio substantialis, & ita definitio optimè datur per notiora:

Super Lib. I. de gener. & corrup.

erit ergo sensus definitionis mixtionem esse coadunationem corum, quæ localiter miscentur in loco alio tertio.

Ques. III. Vtrum elementa maneant formaliter in mixto.

IN elementis duo considerari possunt, scilicet substantia ipsius elementi, qualitas illius, quæ sunt eius accidentia: unde duo inquiri possunt in presenti quæst. Primo vtrum in mixto maneant qualitates elementorum. Secundò vtrum etiam eorum substantia maneat.

Circa primum prima sententia affirmat: in mixto non manere qualitates elementorum, non solum easdem numero, sed neque easdem species, sed potius ex quatuor qualitatibus elementorum resultare aliam quartam qualitatem diuersæ rationis, virtualiter continentem primas quatuor qualitates, in qua formaliter consistat temperamentum mixti. Sic docuit Scotus in. 2. distin. 1. 4. quæst. vñica, & insinuat à Durando in. 4. dist. 12. quæsti. 1. imo quod magis est, docere videtur. S. Thom. hoc lib. super textum. 84. & ratio

esse potest, quia in corporibus simplicibus, qualia sunt elementa, dantur qualitates simplices, scilicet, primæ qualitates: ergo simili modo in mixtis temperamentum illorum qualitas aliqua mixta debet esse; & diuersæ rationis à qualitatibus simplicibus.

Secundò, quia qualitates simplices elementorum, sunt veluti proprietates illorum, frigiditas enim, & humidas sunt veluti proprietates aquæ: ergo non possunt ori ab alia forma diuersæ rationis, qualis est forma mixti.

Verumtamen haec in re dicto primo: temperamentum mixti, non esse qualitatem aliquam diuersam à quatuor primis qualitatibus elementorum, sed esse quatuor primas qualitates formaliter existentes in mixtis, sicut aquam esse tepidam, non est aliud, quam habere calorem, & frigiditatem in gradibus remissis. Tenet expresse, D. Thom. 1. part. quæst. 63. artic. 4. & sèpè alibi, propter quod Tolet. Cardinal. hoc loco facile sibi suadet commentarios de generatione non esse, D. Thom. cò quod in illis plura sint aperte contraria his, quæ S. Thom. sèpè alibi docet.

Tenes

Tenent etiam Caicer. I. p. q. 2. art. 2. Et quidē quod in mixto sint formaliter quatuor qualitates elementorum eiusdem speciei cum qualitatibus ipsorum elementorum, dicit apertè Arist. 2. de partib. animalium, cap. I. vbi docet, mixtū constare ex virtutibus elementorum, illasque enumerat, scilicet frigus, calorem, humiditatem, & siccitatem.

Et ad hoc probandum ratio sumitur ab experientia, quia sentimus, subiectū codē modo immutari à calore mixti, sicut à calore elementi: neq; est vnde possimus colligere diuersitatem physicam inter tales qualitates. Quod vero tales qualitates formaliter sint in mixto, & non solū eminenter, sicut est calor in Sole, probatur in primis, quia in mixtis diuersa est ratio, ac de cælo, quia cælum cū sit incorrumpibile, est incapax qualitatum contrariarum, ab his enim prouenit corruptio: corpora vero mixta corruptibilis sunt, & proinde capacia talium qualitatum.

Secundū etiam, quia quando lignum calescit ab igne violenter, maiori calore quā natura sua petat, tunc formaliter haber in se calorem illum

violentum; sed calor violentus, & naturalis non differunt specie, vt calor in igne, & aqua: ergo etiam calor naturalis ligni, qui est formaliter in illo.

Tertiō, quia alijs quando lignum frigidum redditur calidum, talis actio nō esset motus propriè datus, & successivus, quia non procederet à contraria qualitate, ibi formaliter existente.

Tandem, quod temperatum mixti non sit qualitas aliquia diuersa ab ipsis primis qualitatibus temperatis in gradibus remissis, probatur, quia in primis talis qualitas frustra, & sine necessitate fingitur, cū ex nullo signo, aut effectu colligi possit, ut patet ex solutione argumentorum: ergo nec ponenda est.

Secundū, quia quando aliquod elementū violenter alteratur per qualitatē fibi contrariam, vi quando aqua alteratur per calorem, & sit tepida; tunc ex viaque qualitate sit temperamentum quoddā violenter: ergo similiter temperamentū mixtū debet consistere in qualitatibus pluribus elementorū ad temperiem redactis: & hinc colligitur, quod sicut tepiditas aquæ, sic et in nomine significetur, tamen re vera

Super I. lib. de gener. & corrupt.

reverānō est vna qualitas, sed plures qualitates temperatæ.

Ex his dico secundō, qualitates elemētorum manere in mixto, non quidē in tā magna intensione, qua sunt in elemētis. Ratio est primō, quia qualitates contrariæ in gradibus maximè intēsis, qualiter sunt in elementis, sunt inter se incompossibiles: ergo non possunt hoc modo inter se repe- riri in mixto, vt calor in summe, & siccitas prope summū, qualiter est in igne, quia iam esset in illo dispositio vltima sufficiens ad introducendam formam ignis; & ita mixtum corrumperetur potius tali temperamento, quam conseruaretur.

Addo vltimō, quodd cūm in nostra sententia acciden- tia communia genito, & cor- rupto maneant eadem nume- ro in genito: eodem numero qualitates, quæ in elementis præfuerunt, manent forma- liter in mixto, redactæ tamen ad temperiem, eoquod for- ma mixti non requirit mag- nā intensionem in singulis qualitatibus.

Ad argumenta contrariæ sententiæ respondeatur. Ad primum, ad saluandam di- stinctionē inter corpora sim- plicia, & mixta, non esse ne-

cettarium afferere, in mixto reperi qualitatem mixtam, sicut in corporibus simplici- bus reperiūtur qualitates sim- plices, satis est, quod tempera- mentum constet ex omni- bus primis qualitatibus tem- peratis, & connaturalibus mixto: hoc enim nullum cor- pus simplex habet: quodlibet enim elementum tantū ha- bet duas qualitates.

Ad secūdū, huiusmodi duas qualitates, neq; esse, quasi in proprietatib^o elemētorū, nisi in gradibus intēsis, vt sic au- tē cōnaturaliter non possunt reperi in mixto.

Et si dicas, formā mixti dif- ferre specie à formis clemen- torū, & ita debere habere pas- siones specie diuersas ab ele- mētis. Respōdef ita esse, quia proprietatis mixti nō est ha- bēre calorē, nec frigiditatem tātū, sed temperamētū cō- stans ex omnib^o quatuor qua- litatibus: & ita mixtū semper addit supra quodlibet ele- mentum qualitates specie di- uersas à qualitatibus talis ele- menti, v. g. lapis supra ignē addit frigiditatem.

Maiore ergo habet difficul- tatem, vtrū elementa etiam quantum ad suas substantias maneat formaliter in mixto: duo enim possunt cōsiderari

in substantia elementorum, scilicet materia, & formis substantialis illorum. Vnde certum est, materiam elementorum manere formaliter in mixto; neque enim potest corrupti materia, cum sit ingenerabilis, & incorruptibilis: non est tamen necessariū, omnes materias elementorum esse in mixto, ut supra dixi: in materia unius elementi per mutuam actionem aliorum in illam potest ibi generari mixtum, cum talis materia habere posset qualitates omnes necessarias ad generationem mixti.

Solum ergo dubium est, utrum formae substanciales elementorum maneat formaliter in mixto, ita ut dici possit: Elementa manent formaliter in mixto quantum ad suas formas substanciales.

Suppono autem, tripliciter rem aliquam posse contineri in alia, physicè loquendo; ut omniam continentiam logicam, qua totum potentiale continet inferiora, scilicet formaliter, virtualiter, eminenter: tunc continetur formaliter, quando continetur secundum eius formam, propriè, & formaliter sumptam: qua ratione in tepido formaliter continetur calor, & frigus; quia nihil aliud est,

esse tepidum, quam habere calorem, & frigus in gradibus remissis: tunc vero aliquod continetur in alio eminenter, sine virtualiter, quando illud aliud habet virtutem productivam illius, tamen est differentia, quod quando illa virtus productiva est instrumentalis, vel principalis, non tamen perfectior effectu; sed æquè perfecta, dicitur continere tantum virtualiter, qualiter accidentia dicuntur continere substantiam, quia sunt instrumenta illius productionem attingentia, & ignis dicitur continere virtualiter alium ignem; & ita substancialis continetur in accidentibus: tamen quando illa virtus productiva alicuius, est perfectior, & eminentior effectu, qualis est causa principalis æquinocta, tunc dicitur continere effectum eminenter, qua ratione dici solet, calorem contineri eminenter in Sole, & creaturas contineri in Deo, tanquam in causa perfectiori ipso effectu.

Dabium est ergo, quo ex his modis formæ substanciales elementorum continentur in mixto. In qua re prima sententia est afferentium, elementa manere formaliter in

Super I. lib. de gener. & corrup.

in mixto, ita quodd ibi maneat secundum suas formas substanciales : sic docuit Avicena libro i. sufficien. c 10. Auerr. 3. lib. de celo, com. 66. & hoc loco comb. i. Philoponus super tex. 74. Albert. Magn. tra&t. 6. cap. 9. tū etiam lib. de celo, tra&t. 2. cap. 1. Et videatur hæc sententia fundatum habere in Arist. qui mixtione in definiuit, quodd sit miscibilium alteratorum vno: si ergo solum est alteratorum vno, ergo non corruptum: atque adeo elementa manent formaliter in mixto. Et textu 84. dicit, elementa posse separari à mixto: ergo sentit ibi manere, nihil enim separari potest ab illo, in quo anteā non erat. Et 2. de anima, textu 92. querit, quare sensus non sentiat elementa, ex quibus constat? respondet, causam esse, quia non est medium inter sensum, & alia elementa: ergo aperte sentit, elementa formaliter manere in organo sensus, quod mixtū est, quia si ibi non essent formaliter talia elementa, facile poterat soluere dubitationē, dicens, ex eo non sentiri, quia non sunt.

Et ratione probatur prīmō, quia elementum (ut docuit Aristot. 9. Met. c. 3.) est, ex

quo in situ fit aliquid: ergo elementa componentia mixtū debent esse in illo insita, id est, permanere.

Secundō, quia mixtio est quedam miscibilium compositionis, sed compositio non potest fieri, nisi ex partibus secundum suas entitates formaliter manentes; quia quod nō est, nihil potest componere: ergo elementa formaliter manent in mixto.

Verū tamen receptissima sententia est apud omnes, elementa non manere in mixto formaliter, sed tantum virtuiter: sic enim clarè indicauit Arist: hoc cap. dicens, elementa actu non manere in mixto, sed potentia tantum, id est, virtute, ut ibi explicuimus. Et 2. de partibus animalium enumerans tres virtutes compositionis, dicit, primam esse ex elementis: & se se explicans, addit, potius esse ex virtute elementorum. Tenet etiam S. Thom. hoc loco supra tex. 84. & Scotus, Capreo. & Gre. omnes in 2. d. 14. q. 1. estque communis sententia.

Imprimis probatur, elementa non manere formaliter in mixto, quia vel tales formæ elementorum essent in eadē parte materiæ, quæ sunt formæ ex natura rei incompositibiles;

biles', & ut diximus i. Physisorum, requirunt qualitates maximè inter se contrarias, & incompossibilis: ergo formæ elementorum non manent in mixto.

Secundò, quia in mixto tantum sunt formæ elementorum quasi permixtæ, vel præter illas est etiam forma mixta, non solæ formæ elementum, quia quā plurimas operationes perfectissimas ex perimur in mixto, quarū formæ elementorum nō possunt esse causa, alijs similes operations experirentur in elementis: quod est falsum. Neque etiam sunt formæ elementorum simul cum forma mixta, alijs in generatione illius formæ mixti non fieret resolutio usque ad materiam primam, siquidem formæ præexistentes elementorum adhuc manent in materia. Præterea, quia ex omnibus formis fieret unum per accidens.

Et si dicas, non fieri unum per accidens, ex eo quod formæ elementorum per se subordinantur ad formam mixtam, ita quod forma mixta recipiat in materia, medijs formis elementorum. Contrà est in primis, quia iam forma mixta adueniret enti

cōstituto in actu per formas elementorum, & ita non fieret ex illis unum per se substantiale, tūm etiam, quia saltem nō est talis subordinatio inter formas elementorum, vt patet; quia inter se maximè contraria, & repugnantes sunt, vnde ex illis non posset resultare aliquid per se unum.

Secunda pars conclusionis, scilicet quod elementa manent in mixto virtualiter, probatur, quia in mixto est quædam forma, à qua ex natura rei diminant virtutes, & qualitates elementorum: ergo elementa ipsa sunt virtualiter in mixto, quia qualitates mixti, quamvis in illo sint remisæ: si tamen intra eandem species crescant, possunt producere elemēta, vt calor ignem, &c. ergo elementa virtualiter continentur in mixto.

Est tamen hoc loco aduentum, falsam esse eorū sententiam, qui asserunt elementa cōtineri virtualiter in mixto, nihil aliud esse, quā quod qualitates, seu virtutes elementorum sint in tali mixto. Et ratio est, quia si fingamus, per diuinam potentiam auferri à ligno omnes quatuor qualitates, remanente solū substanciali ligni, adhuc illa substancialia esset substancialiter

Super I.lib.de genera. & corrup.

mixta, alias esset simplex elementum: sed de ratione mixti est, quod cōtineat miscibilia: ergo virēque qualitates, seu virtutes elemētorum, adhuc in substantia ipsa continent elementa.

Dicendū ergo est, elementa primō, & radicaliter ex eo cōtinēti virtualiter in mixto, quia forma substātialis mixti talis est, vt natura sua dimanent ab illa virtutes, seu qualitates elementorū; & ita ipsa forma mixti virtualiter dici- tur continere elementa ipsa.

Potest tamen obiecti contra hanc doctrinam. In primis, quatuor primæ qualitates nō sunt virtutes sufficienter efficiunt elemētorū, nisi in gradibus intensis, in mixto autē solū sunt in gradib⁹ remissis, qua ratione non habent sufficiētem virtutem ad producenda elementa: ergo falso dicitur, elementa contineri virtualiter in mixto.

Secundò, quia etiam vnum mixtum diceretur virtualiter continere omnia alia mixta, quia continet quatuor qualitates, quæ sunt virtutes aliorū mixtorum: imo, & vnum elementum diceretur virtualiter cōtinere aliud, quia aqua v.g. continet humiditatem, quæ est virtus aeris.

Sed respondeatur ad primū, quod quamvis qualitates, prout sunt in mixto, non sint sufficiētes ad producenda elemēta: tamen absolutē loquendo, dicuntur virtutes elementorum, qualiter homo, absolutē loquēdo, dicitur potēs generare; quia licet id nō possit in quauis parua quantitate, seu ætate: tamen ex se tendit ad statū perfec̄tū, in quo id potest.

Ad secundum respōdetur, negando consequentiā, quia mixtum non continet omnes qualitates in ea proportione, quæ requiritur ad generanda alia mixta; neque tales qualitates ex se tendunt in illā proportionem, & temperie, quæ est propria cuilibet mixto, p̄ varia illorum diversitate: sed potius tales qualitates ex se tendunt in perfec̄tā intensionē, vt sic autē potius sunt virtutes elemētorū, quā mixti. Similiter vnu elementū non dicitur virtualiter continere aliud, quia tantū continet qualitatē vnicā illius: præter illā autē requiritur alia qualitas, v.g. ad producendū aerē, præter humiditatē requiritur calor, quem natura sua non continet aqua; & ita aqua nō cōtinet virtualiter acret.

Et si inquiras, vtrū sicut mixtū dicitur cōtinere virtua liter

litter elemēta, etiā dici possit, mixtū genitum ex mixtione aliorū mixtorū continere virtualiter alia mixta miscibilia ut quādo ex plurib^z liquorib^z localiter inter se permixtis per mutuam illorū actionem, & reaktionem, resultat alius tertius liquor substantialis à prioribus diuersus:

Respōdetur, re vera ita esse dicendū. Ratio est, quia in mixto nō sunt qualitates int̄iores, quā anteā fuerāt in miscibiliis, eo q̄ qualitates mixti producuntur ad qualitates miscibiliū, & ita nō sunt maiores illis, sed ad temperie redactæ: quia ergo illæ qualitates per se tendunt in augmentum, & in maiori intensione poterunt efficere mixtū simile prioribus, quando scilicet perueniūt ad eā proportionē intensionis, quā priora miscibilia habebant, idē mixtum resultans ex mixtione mixtorum, virtualiter dicitur illa continere.

Et si inquiras, vtrū etiam eoneedi posset, elementa cōtineri eminenter in mixto, & non solum virtualiter? Respondeatur, re vera ita esse dicendum; quia contineri eminenter, est, contineri in alio perfectiori; & quia mixtum perfectius est elementis, idē

elementa cōtinentur in illo, tanquam in eminentiori; atq; adeo eminenter.

Ad argumenta adducta pro contraria sententia respondeatur. Ad primū locū Arist. nihil probare, quia est argumentum ab autoritate negariā, quia ex eo quod Arist. dicat, mixtionem esse alteratorum vniōnem, non idē negat, miscibilia debere corrumpti: imo talis alteratio ad id ordinatur, ut miscibilia corruptantur, & aliquod tertium resultet. Similiter illa particula, Vnio, non significat, q̄ miscibilia secundum suas formas permanentia vniāntur, sed potius quod in aliqua alia forma virtualiter sint contenta, & vniā. Similiter, quando text. 84. dicit, elementa posse separari à mixto, intelligendum est per separatiōnem localem, ita quod elementa ibi formaliter permanentia ab illo extrahantur, sed separatione, id est, per generationem, id est, posse generari ex mixto, & ita elementa ibi virtualiter manētia per generationē, dicerentur tunc separari.

Ad vltimum locum ex 2. de anima, respondeatur, Arist. ibi non loqui de elemētis, sed de eorum virtutibus, dū inquit,

Super I. Lib. de gener. & corrup.

quare organum non percipiat qualitates, seu virtutes elementorum. Ad quod respondet, causam esse, quod non est medium inter tales virtutes, & ipsum organum sensus; & ita non recte colligitur, eius metem esse, quod elementa maneat formaliter in mixto.

Ad primam rationem respondeatur, ad rationem elementi satis esse, quod ex illo insito aliquid fiat; insito, inquam, vel formaliter, vel virtualiter; & ita satis est, elementa virtualiter manere in mixto.

Eodem modo respondeatur ad secundum, no ideò diciatur mixtum componi ex elementis, quia elementa sunt partes formaliter in illo manentes, sed quia formaliter integratur ex qualitatibus, seu virtutibus elementorum, & ex ipsis elementis virtualiter.

Questio IIII. Vtrum quodlibet mixtū necessario postulet omnes quatuor qualitates elementorum.

Ratio dubitandi est in hac questione, quia non est dare medium inter corpus simplex, & mixtum, quia ele-

mentum tantum postulat duas qualitates: ergo posset dari corpus aliquod, cui essent conaturales tantum tres qualitates, & tunc tale corpus eset mixtum. Pater, quia non est simplex, quia simplex tantum requirit duas qualitates: ergo no omne mixtum postulat necessario quatuor qualitates.

Secundo, quia mixtum aliquod tantum generari potest ex duob^o elementis symbolis sine concursu aliorum, ut quando in profundo mari in parte aliqua terrae putrefacta per mutuam actionem, & reactionem aquae, & terrae, aliquod mixtum generatur: ergo tunc tale mixtum solù habet qualitates aquæ, & terræ, scilicet frigiditatem, seicitatem, & humiditatem: ergo potest tale mixtū dari, no continens quatuor qualitates primas.

In haec breviter dicendum est cum commoni omnium sensititia, quodlibet mixtū ex natura sua postulare omnes quatuor primas qualitates: sic enim docuit Arist. 2. de gener. c. 8. vbi dicit, quodlibet mixtū necessario continere quatuor elementa, sed non continet illa formaliter, ut vidimus: ergo virtualiter, scilicet secundum suas

suas virtutes, atq; adeò necel-
sarium est, quodlibet mixtū
necessariò continere omnes
quatuor virtutes elemētorū.

Et probatur ratione. Pri-
mō, quia corpus simplex pe-
tit habere qualitatem simpli-
cem, id est, non permixtam
ex contraria qualitate, quali-
ter aqua ex sua natura habet
frigiditatem, nou tamē permix-
tam cum calore; ergo è cōtrā
mixtum debet postulare qua-
litates permixtas cum suis
contrarijs; sed omne mixtum
necessariò componitur ex ali-
quo elemento, quod habet
duas qualitates, ergo mixtum
debet habere illas permixtas
cum alijs duabus contrarijs,
& ita omne mixtum ex natu-
ra rei postulat omnes qua-
tuor qualitates.

Secundō, quia nullum mix-
tum potest tantūm continere
duas qualitates, hoc enim est
proprium corporum simpli-
cium, qualia elementa, neque
etiam tantūm potest contine-
re tres, ergo debet continere
quatuor. Probatur minor,
quia si tantūm cōtineret tres,
necessariò haberet aliquam il-
larum sine contraria qualita-
te: ut si singamus tale mixtū
esse calidum, humidum, & sic
cum, iam haberet calorem si-
ne contrario in eodem subie-

to, & tunc sequeretur posse
in instanti intendi, usque ad
octauū gradum, eo quod non
habet contrarium resistens;
& ita in instāti, & absq; resi-
stentia aliqua, posset conuer-
ti in ignem: tale mixtum: sed
natura nullum corpus produ-
cit, quod non possit se aliquā
tulum à contrarijs tueri: er-
go non potest esse per natu-
ram mixtum, non constans
quatuor qualitatibus.

Sed obijecies: quia idem ar-
gumentum de facto posset fie-
ri in aere, vel in quovis alio
elemento, quia cum in aere in
naturali statu considerato si-
ne omni frigore detur calor,
iam ille calor poterit in insi-
stanti intendi, usq; ad octauū
gradum, & ita in instanti po-
terit conuerti in ignem.

Respondetur negando cō-
sequentiam, quia duæ qualita-
tes in summo non possunt
conuenire eidem corpori,
quia habere, V.g. calorem in
summo est proprium ignis,
& ita nulli alteri conuenire
potest, & hinc sit, quod quia
aer natura sua est summè hu-
midus, haec qualitas in sum-
mo, licet non sit directè con-
traria calori, tamen calor non
potest peruenire ad summū
proprii repugnantiam, quam
(ut dixi) habent duæ quali-
tates.

Super I. lib. de gener. & corrupt.

ates in summo circa idē subiectum, & ita non potest aer in instanti in ignem conuerti: secus tamen esset de illo mixto, quia mixtum nullam qualitatem potest habere in summo, hoc enim est proprium alicuius elementi: ergo si aliās habet qualitatem contrariam resistentem, nec illa in instanti intendatur usque ad octauum, sequitur rale mixtum, absque resistentia aliqua, in instanti corrupti posse.

Vnde ad rationes dubitandi facile responderetur ad primā, & licet per diuinā potentiam non repugnet dari corpus aliquod, habere tantum tres qualitates, immo sine illis, tamen per naturam repugnat propter rationes adductas, cum quia corpus sic miraculosè à Deo conditum, neque esset perfectè mixtum, neque simplex, si tales qualitates ex se postularet, tamen non decuit, tale corpus fieri per naturam.

Ad secundam resp. non esse necesse, omnia elementa concurrent ad mixtionem, & ita optimè potest generari mixtum ex duobus elementis, quod in primis facile constat, quia si alia elementa sint dissimila, ut si generetur

ex terra, & aere, in his enim elementis simul sumptis ad sunt omnes quatuor qualitates, atque adeò sufficiunt per mutuam actionem, & reactionem generare mixtum, habens quatuor qualitates, immo in clementis symbolis, etiam intelligi potest, ut quādo ex terra, & aqua generatur mixtum, ibi enim saltem adest calor solis supplēs vicem ignis, atque adeò, iam adsunt omnes quatuor qualitates.

*Q*uest. Ultima, Vtrum possit dari mixtum æquale ad pondus.

QVAE S T I O N E M
hanc, quæ tractari solet.
2. de generatione, cap. 7.
vel 8. hoc loco inserere placevit, ut hæc de mixtis disputatione absoluta maneat. Potest autem, quæstio hæc in duplice sensu versari, secundum quod qualitates sunt in duplice differentia: aliæ alteratiæ, quales sunt primæ quatuor qualitates, aliæ verò motiæ, quales sunt gruitas, & leuitas. Primò, ergo dubitari potest. Vtrum sit dabile mixtum æquale ad pondus, secundum qualitates motiæ, id est, quod habeat gruitatem, ut quatuor, & leuitatem,

^{em}, ut quatuor. Vtrū etiā sit dabile mixtum æquale ad pōdus secundū qualitates alteratiuas, ita vt, æqualiter partcipet de illis omnibus.

In qua re si de potentia absoluta sit sermo, omnes conueniunt nullā implicare contradictionē, Deū creare corpus aliquod, ita temperatū ad pōdus, vt habeat grauitatem, vt quatuor, & leuitatem, vt quatuor, quia in hoc nulla inuoluitur implicatio cōtradictio-nis, solum est dubium, secun-dum ordinem, & potentiam naturalem.

In qua re, partē affirmatiuā tūtentur, Mars. 2. de Gener. q. 12. Alber. de Saxon. q. 11. Et probatur primō, quia qualita-tes motiue oriuntur ex alteratiuis, qualiter ex frigore, & siccitate oritur grauitas, vt patet in terra, ex calore vero, & siccitate oritur leuitas, vt in igne: sed potest dari mix-tum temperatum ad pondus, secundū qualitates alteratiuas; vt statim dicam: ergo etiam secundū moti-uas.

Secundō, quia qualitates contrarie in gradibus remis-sis, non repugnant ex natura rei: ergo non repugnat ex na-tura rei etiam dari tempera-mentum æqualitatis ad pon-

dus, secundū grauitatem, vt quatuor, & leuitatē, vt qua-tuor: ergo si tale tēperamen-tum ex natura rei non repug-nat, neque repugnabit per na-turā dari mixtum aliquod, il-lud postulans, atque adeo po-terit dari per naturam mix-tum æquale ad pōdus in qua-litatibus motiuis.

Dicendum tamen est, secū-dūm naturalem rerum ordi-nem, non esse possibile mix-tum æquale ad pondus, secun-dū qualitates motiuis. Quam sententiam tenet Bañez, & alij. 2. de Gener. c. 7. qui op-timè probant, quia omne cor-pus naturale postulat locum aliquem naturalem, in quo sit, tanquam perfectionem si-bi debitam, sed talem locum nullum corporis naturale ha-bere potest, nam aqua, & ter-ra sunt loca corporum, quæ magis grauitant, quam le-uitant: aet vero, & ignis sunt loca naturalia corporum, quæ magis leuitant: ergo nul-lum locum naturalem ha-bere posset. Et si singula-te corpus poni inter a-quam, & aerem, ita vt par-tim sit in aere, partim vero in aqua.

Contrà est, quia illa pars, quæ esset in aere, cum sit non magis leuis, quam graui-sse &

Super lib. I. de gener. & corrup.

estet violencia, & similiter illa pars, quæ esset in aqua, atq; adeo tale corpus nunquam haberet locum sibi naturalem.

Ad argumenta contrariae sententiae facile respondetur. Ad primum, non recte probari esse possibile mixtū æquale ad pondus secundūm qualitates motiuas, ex eo, quod sit possibile secundū alteratiuas. Ratio est quia grauitas requirit exuperantiam siccitatis, experimur enim terram, quæ summè grauis est, esse summè sicciam: ergo oritur summa grauitas à summa siccitate superante frigiditatem; & hinc fit, quod media grauitas debet oriri à media siccitate, vincenti tamen frigiditatem: è contra verò summa leuitas debet oriri à summo calore vincente siccitatē. Vnde non probature corpus temperatum ad pondus secundūm qualitates alteratiuas, esse etiam tēperatum ad pondus secundūm motiuas.

Et si inquiras utrum tale corpus, graue, vel leue esset, Respondeatur tenuera esse graue, & ita secundum suam naturam inclinare ad motum deorsum. Ratio est, quia sicut summa leuitas requirit summum calorem vincentem sic-

citatem, vt patet in igne; ita leuitas media requirit calorem medium superantem siccitatem: sed in mixto æquali ad pondus secundūm qualitates alteratiuas calor nullo modo superat, quia est æquale ad pondus: ergo nec media leuitas esset in tali corpore, & ita potius esset graue, quam leue.

Sed contrà est, quia sicut summa leuitas, nascitur ex summo calore, superante tamen siccitatem, atque adeo media leuitas ex medio calore, superante tamen siccitatem: ita è contrà summa grauitas oritur ex summa siccitate superante frigus, vt patet in terra, ergo similiter media grauitas debet oriri ex media siccitate superante frigus, sed in tali mixto nulla qualitas aliam superat, ergo nullo modo esset graue. Respondetur esse diuersam rationem, quia cum siccitas natura sua sit virtus terræ, eo quod, vt sèpè dixi, natura sua tendit ad summum, quaratione est propria terre, id est natura sua inclinat in grauitatem connaturalē terræ, atque adeo, vt non sit causa grauitatis opus est supereatur à calore, vt in igne: & quia in mixto illo æquali ad pondus, nō superat à calore, habet

habet potius gravitatem, quam levitatem, & ita tale mixtum non esset leue, sed graue.

Et si secundò instes, quia si ibi etiā adest calor, qui natura sua tendit ad summum, etiam prout summum est: ergo virtus ignis, qui leuis est, tendet in levitatem. Respondeatur negando consequentiam, quia ibi impeditur calor à siccitate, absolutè loquendo, tendente in gravitatem: siccitas vero ibi non potest impediri à calore, quia calor non inclinat in levitatem, nisi prope excedit siccitatē; ibi autem non excedit, præser-tim, quia ibi etiam adiunatur frigiditas, & humiditas; hęc enim simul sumpta potius inclinant in gravitatem, quam in levitatem, ut patet de aqua.

Circa secundum quod inquirit questio, virtùm scilicet possit dari mixtum æquale ad pondus secundum qualitates alteratiuas. Partem negariā sequitur Averr. 2. lib. de cœlo, comm. 7. Niphys. 2. de gener. c. 12. Bañes. 2. de generat. cap. 7. Et fondamentum esse potest, quia se pè docet Arist. omne mixtum moueri ad locum elementi prædominan-tis, qualiter serrum mouetur ad locū terræ, quia in eo præ-

dominatur terra: sed ut iam diximus, nullum est corpus possibile per naturam, quod non moueatur ad locum ali-cuius elementi: ergo nullum est possibile mixtum per na-turam, in quo aliquod elemē-tum non prædominetur: sed ubi elementum aliquod præ-dominatur, mixtū magis par-ticipat de qualitatibus illius, ut patet in exemplo dicto: er-go per naturam est impossi-bile mixtum æquale ad pōdus secundum qualitates alteratiuas.

In hac readuertendum est, duplēm æqualitatem secun-dū qualitates alteratiuas in-telligi posse, ac de omni es-se questio[n]em apud autho-res: alia enim est æqualitas ad iustitiam, & est, quando qua-litates obtinent proportionē requisitam, & debitam natu-re ipsius subiecti, siue sint in-ter se omnino æquales in in-tensione, siue non: tunc enim habet tale subiectū, id quod est debitum suæ naturæ, & il-li connaturale: alia vero est æqualitas ad pondus, & est, quando qualitas æqualē pro-porcionem obtinet quoad in-tensionem, ita ut nullo modo aliā excedat tātū in intēsione.

De æqualitate ad iustitiam certum est, rem habere sepē

Super I.lib.de.gener. & corrupt.

temperamentum sibi connaturale, & debitum, & ita dari mixtum æquale, hoc modo ad iustitiam: tamen etiam certum esse debet, nullam rem diei permanere in tali statu prorsus sibi connaturali, vel propter extrinseca agētia circumstantia, à quibus omnia corpora aliquid patiuntur, vel etiā proprie internā repugnantiam, quam plura corpora inter se habent: qualiter supra dicebam inter partes animalis esse continuam actionem, & reactionem, quia cum sint partes heterogeneæ, atq; adeo diuersum temperamentum requirant, temperamentum vnius continuo pugnat cum temperamento alterius sibi proximi, & ita nulla pars dici potest durare in sua naturali temperie: ergo præcipue est de æqualitate ad pondus.

In qua redico primò: per naturam nō repugnat dari mixtum æquale ad pondus, secundū: qualitates alteratiuas. Tener Marſi. 2.de.Gener. quæſt. 14. Albertus de Saxon. quæſt. 11. Valles. 1.contro.med.cap. ca.2. Ratio verò est, quia quatuor qualitates in gradibus remissis æqualibus non repugnant, secundū: suam naturam, neq; aliás apparet repugnantiæ ex natura rei, quod da-

ri possit mixtum aliquod, tāle temperamentum postulās: ex illo enim nihil contra naturam corporum naturalium sequitur. Id enim, quod dicī posset, scilicet tale mixtum non magis futurum graue, quam leue, atq; adeo nullum naturalem locum postulare, falsum est: ostendimus enim tale corpus fore graue: ergo per naturam non repugnat dari mixtum æquale ad pondus, secundū: qualitates alteratiuas.

Dico secundò, nulla ratio ne probari posse tale mixtum dari de facto, sed id esse prorsus incertum: id enim, quod quidam dicunt, quod cum homo sit perfectissimus omnium mixtum, debet habere temperamentum perfectissimum, quale est æquale ad pondus: nullius est momēti, quia tametsi hæc ratio probet, in homine dari temperamentum absolute perfectissimum inter omnia mixta, tamen non probatur, illud debere esse æquale ad pondus, sed talis perfectio ex eo esse potest, quia longè magis, quam alia mixta accedat ad talem æqualitatem. Præterea ad sensum nulla ratione potest hoc probari, quia excessus dissimilius ynius qualitatibus

tis, supra aliam subterfugit sensum.

Ad fundamentum autem contrariæ. Respōdetur in talim mixto æquale ad pondus, secundūm qualitates motiuas, prēdominati terram, non quidem, secundūm qualitates alteriuas, cum afferamus, secundūm illas esse æquale ad pondus, sed secundum qualitates motiuas, quia, ut supra vidimus tale mixtum reuera esset graue, neque opus esset necessariò in omni mixto pos-

sibili prēdominati, qualitates alteriuas alicuius elementi, licet in mixtis, que de facto sunt, id non contingat.

Possit hoc loco dubitari de varietate temperamento-rum, quæ in mixtis reperiuntur, de quo latè disputant medici in materia de téperamen-tis. Et ita hæc demixtione di-xisse sufficiat, & de primo libro de Generatio-ne, & corrup-tione.
(?)

FINIS.



Die Schilder

en der Künste und
der Natur, die in
den Bildern dargestellt
sind. Es ist eine sehr
einfache und übersichtliche
Art, die den Leser leicht
verstehen lässt, was
die Schilder darstellen.
Sie sind in zwei Gruppen
getheilt, die eine ist
diejenige, welche die
Schilder der Natur darstellt,
die andere diejenige, welche
die Schilder der Künste
darstellt.

(C)

FINDEN.



LIBER SECUNDVS ARISTOTELIS DE generatione, & corruptione.

An secundolibro Arist. int̄edit agere de transmutatione elementorum, quamuis etiam de elemētis disputeret. 3. &c. 4. lib. de cœlo, diuersimodè tamen, ibi enim agit de elementis, prout sunt partes vniuersi ordinatæ ad situm, & dispositiō nem localem, quā in vniuerso obtinet: hīc verò agit de illis, prout sunt corpora grauia, & transmutabilia substancialiter.

Caput. I. & II.

In his capitibus agit Arist. De numero primarum qualitatū, ut ex illo in tertio capite sequēti colligat numerum elementorū, tūm etiam quia primæ qualitates sunt etiam principium alterationis corruptiōe, qua mediāte fit trāsmutatio substancialis elementorum, de qua hīc p̄cipue agit Arist. Et quidem postquam Philosophorū placita de elementis proposuit, in secundo cap. docet qualitates primas tantum esse quatuor, scilicet

calorem, frigiditatē, humiditatē, & siccitatē, inter quas docet calorem, & frigus esse qualitates actiūas, siccitatēm verō, & humiditatēm passiuas, id est, minus actiūas, & ita in comparatione caloris, & frigiditatis non dicuntur actiūas.

Disputatio. I. Huius libri de qualitatibus primis elementorum.

In elementis duę qualitates considerari possunt, quedam motiue, quales sunt gravitas, & levitas, quædam verō alteratiue, id est, secundum quas ad inuicē alterantur, & transmutantur, de qualitatibus ergo motiuis elementorum, non est hoc loco disputandum, de hoc enim agit Arist. in lib. de cœlo, cum in illis lib. agat de elementis secundum situm, & locum, quē in vniuerso obtinet, quem locum acquirunt, medijs qualitatibus motiuis, id est hīc tantum agendum est de qualitatibus alteratiuis il-

Super. II. lib. de genera. & corrup.

Iorum, quia he ordinantur ad generationē & corruptionē, quod hoc loco consideratur.

Quæst. I. Quot sint qualitates, & utrum illæ sint formæ clementorum,

Intra qualitates quedā dictū tur primæ, quedā verò secundæ, quia illa qualitas, quæ ex alia priori oritur, appellatur qualitas secunda, quia ex illis prioribus oriūtur secundæ, gratuitas enim oritur ex frigideitate, & siccitate, & quid simile dicendū est de coloribus, & odorib⁹, illa verò qualitas, quæ ex priori alia nō oritur, appellatur prima, qualiter calor, & frigus nō supponūt alias priorqualitates, à quib⁹ oriātur.

Sed rursus, qualitates primæ sunt induplici differētia, quæ dā enim sunt, quæ ordinantur ad generationē, & corruptionē substantialem, de qua agit Arist. in his libris, ut calor, & frig⁹, & ita appellātur qualitates corruptiæ, quedā verò nō ordinātur ad transmutationē substantialem, ut lumen, & ita quāvis lumen sit prima qualitas, quia nō oritur ex alijs primis (ut patet in cœlo, ubi est lumen, nō tamen primæ qualitates corruptiæ, quia in corruptibile est) nō numeratur ab A-

rīst. lumē inter primas qualitates, quia tantū agit de primis qualitatibus, quæ ordinantur ad generationē, & corruptionē substantialem.

Et si obijcas, lumē esse causam generationū & corruptionū medio calore, quē eminenter cōtinet. Respōdetur in primis, id nō esse ratione sui, sed ratione caloris, quē producit. Hic verò agit Arist. de qualitatibus per se ipsis disponentibus ad generationē & corruptionem.

Addo secūdo eas solū qualitates (ut sēpè diximus) immediate attingentes generationē & corruptionē, quæ sunt in passo, expellēdo qualitatis cōficiatius formæ præexistētis, lumē verò per se ipsū saltē nullā qualitatē expellit, quia nulli contraria sunt, & ita nō est de qualitatibus primis, de quib⁹ hīc agitur: cuius generis sunt etiā plures aliæ qualitates primæ, qualis est virtus magnetis ad atrahendū & mirabilēs virtutes occulte cœlorū in fluxu his inferiorib⁹ cōmunicatæ, quorū mirabiles esse, nō est credendū oriri ex cōmixtione qualitatū clementorū, sed immedia te, illæ qualitates procedunt à formalibus substantiæ magnetis vel cœlorū, ita ut mirabile illam qualitatē, veluti propriā pas-

5 humidus in summo, & calidus prope summum: ergo calor aeris, & ignis specie differunt.

Secundò, quia humiditas aeris fouet ignem, ut patet in oleo, in quo aer prædominatur, ex eo quod supra aquam levitat, tamen humiditas aquæ extinguit ignem: ergo differunt species.

Nec valet dicere, aquam extinguere ignem, non quidem ratione humiditatis, sed ratione frigiditatis. Quia cōtra est quia, quanuis aer sit frigidissimus, vt in hyeme, non extinguit ignem, quin potius ignis ad motum talis aeris accendi solet: è contra vero, si aqua vehementer calefacta in ignem mittatur, illum extinguit, signum ergo est id fieri potius ratione humiditatis.

Tertiò, quia formæ specie diuersæ debent habere proprias passiones specie diuersas, nulla autē alia passio assignari potest, qua vnum clementum differat ab alio, nisi per proprias qualitates: ergo qualitates vnius elementi debet, differre specie, à qualitatibus alterius.

Nihilominus communis & recepta omnium sententia est, qualitates symbolas elementorum nō differre specie, sed tantum accidentaliter, secun-

dum magis, & minus, ita quod verbi gratia, humiditas aeris sit summa, securus vero humiditas aquæ, sic docuit Arist. tex.

27. vbi docet, ignem ex aqua generare aerem, sed tunc non potest corrumpi humiditas aquæ, ignis enim, cum siccus sit, non potest aliam humiditatem nouam in aere produce re: ergo remanet in aere genito ex aqua, eadem humiditas. Sentit ergo Arist. qualitates symbolas clementorum, non esse diuersæ speciei.

Et ratione probatur, primò, quia aliás ignis nō posset intendere calorem aeris, neq; aqua posset intendere frigiditatem terræ, quod est falsum. Patet consequentia, quia intensio debet esse per qualitatē eiusdem rationis cū præexistenti.

Secundò quia quodammodo sentimus tactum nostrum immutari à frigiditate aquæ & terræ, ergo.

Ad argumenta autem contrarie sententie respondetur ad primū, quod si aliquam haberet vim, etiā probaret calore, vt quatuor differre specie à calore vt nouem. Patet, quia calor vt quatuor est cōpositibilis cū frigore vt quatuor, non tamen cum calore vt nouem, ergo sicut hic solū probatur differre accidentaliter secundum

Super. II.lib.de generat. & corrup.

dum maiorem, vel minorē intensionem, ita etiam solū probatur calorem ignis, esse solū intensiorē calore aeris, & quia forma ignis nō potest cōseruari absq; vlla siccitate, ita neq; potest conseruari cū summa humiditate, hæc enim expellit omnem siccitatēm.

Ad secūdū, illud nō prouenire, ex eo q̄ humitas illa, specie differat ab humiditate aquę, sed ex eo quod cū flāma sit quædā substantia maxime tenuis, & rara facile dissipatur ab ambiente, nisi aliude fouetur, fouetur autē ab oleo per quasdā tenues exalationes ab ipso oleo emisās, has autē non habet aqua, sed ad summū mittere potest vapores frigidos, qui potius flammā extinguit.

Ad aliud vero, quod dicitur de aqua calida extinguitē ignē, sunt qui putēt, id proueni re ab humiditate aquę cōtraria siccitati ignis. Sed nō placet, quia etiā flāma extinguit puluere siccō, etiā si calidus sit, quareverius dicitur flāma tunc extingui per suffocationē, quia scilicet supraposito corpore denso, impeditur, ne exeat.

Ad tertīū calorē nō esse passionē ignis, quarto modo, cū etiā alijs cōueniat, neq; etiā est passio illi⁹ calor ut octo, quar

to modo, quia potest cū minore calore citra miraculū, esse, vt quādo aqua in illū agit, vbi cū producat in eo aliquā frigiditatē, necessariū est, expelli ab illo aliquē calorē, & ita, tūc nō habebit calorē v̄ octo, quare ex diuersitate specifica clementorū optime probatur, elementa habere qualitates diuersæ speciei, saltē disymbolas, qualiter aer distinguitur ab aqua per calorē, non tamen per qualitatem symbolam.

Tandē in hac quæstione dubitari potest, quę sint munera harū qualitatū, & quidē omnibus generale est, producere sibi simile, qualiter calor producit calorē, &c. Addo tamē per accidēs calorē esse causam frigiditatis, hæc enim est causa quare melopepones (vt quæstione de Antiparistasi dicebam) soli obiectos frigidiores reddi solēt, quia scilicet calor eleuat partes subtiliores quæ aliquantulū calidæ sunt & ita relinquuntur, aliæ partes prorsus frigidae.

Addo præterea etiā esse munus caloris disgregare & separare ea, quę sunt diuersi generis, vt docet Arist. cap. 2. huius lib. & ita in melopepone separat partes subtileas acrassis. Similiter hæc est causa, quare aqua cocta, subtilior est, quam

3 sionē sibi connaturalem possulent.

His suppositis dico primō, tantū dantur quatuor primae qualitates, scilicet, calor & frigus, humiditas, & siccitas, loqui mur autē (vt dixi) de qualitatibus, quae formaliter, & per se ipsas sunt dispositiones ad generationē: quā sententiā, sequuntur omnes interpretes Arist. cū illo hoc capit. Et ratio est, quia in primis, iste sunt primae qualitates, quia ad introductionē illarū non requiruntur aliæ priores, vt patet, calor enim v. g. nullā priorē requirit ad sui introductionē, neq; præter has datur alię prime, quae per se ipsas formaliter disponant ad generationē, vt dixi de lumine & alijs virtutibus oculis, quae nō per se ipsas, sed per qualitates primas, quas producūt, disponūt ad generationē: ergo tātum sunt illæ quatuor qualitates primæ.

Et si obijcas, quia calor oritur ex raritate, & frigus ex densitate, hac enim ratione & nō alia, aer, qui cōpresis labijs emititur, frigidus exit abore, qui tamē antea calidus erat, vt pote quia ab internis partibus corporis misus est. Similiter calor, vt ait Arist. 4. Meth. in principio exicat, & frigus humectat, ergo humiditas & siccitas

ex alijs prioribus qualitatibus oriūtur, atq; adeò sunt primæ qualitates.

Sed respondeatur ad primū, raritatē & densitatē (vt dixi. 4. phys.) nō esse qualitates verē, & proprie, sed importare, vt docuit Arist. positionē, siue tātē, vel talē extensionē, quāuis in ordine ad locū, & ita nō probatur calorē, & frigus oriri ex alijs qualitatibus.

Et si inquiras, calorē saltem oriri ex lumine effectiue. Refundetur verū esse, id tamē nō requirit calor per se loquēdo, quia pluries producitur calor, quin fiat ex lumine.

Ad secundū respōdetur, calorē per se loquēdo nō exicare, sed in quantū agens calidū per calorē partes eleuat subtiles, quia cū secū ferant aliquā humiditatē, relinquuntur alię partes siccę, hac enim ratione, aer qui non siccus, sed potius humidus est, pannū aqua humectatū exicare solet, quia per calorē, quae habet resoluūtur, & eleuantur vapores humili & frigidū, & ita partes panni, quae ex sua natura siccā erant, resoluuntur, frigiditas autem dicitur humectare, non per se, sed quaten, dū causat densitatē partes humectates applicat, & vnit, & ita se habet, quia si aplicans actiua passiuīs.

Super II.lib.de generat. & corrūp.

Dico secundo huius modi quatuor primas qualitates nō esse formæ substantiales clementorum (vt falso creditit Alex. de sensu & sensibili) sed potius dantur in elemētis formæ alia substantiales à quibus tales qualitates oriuntur, sic docet cōmunis philosophorū consensus, cum Arist. hoc lib. tex. 2. 2. dicente, elementa eātenus esse contraria, quatenus habent passiones contrarias, qualitates ergo contrarie, non sunt formæ substantiales clementorum, sed passiones ab ilis dimanantes.

Et ratione probatur, primò, quia aqua calefacta, & deinde suæ naturæ relicta se actiue reducit ad suam pristinam frigiditatem, à sua propria substātia, sed non à materia, quia cū ex se sit indifferens ad varias formas, etiam est indiferens ad quascumq; qualitates, neque has magis, quam illas petit, signum ergo est dari in aqua formam substantialem, quæ sit aetiuum principium, à quo dimanat frigiditas.

Secūdò, quia frigiditas verbi gratia, ex sua natura est accidens vt patet in alijs corporibus à quibus potest adesse, & abesse, salua eorū essentia, sed frigiditas aquæ, non difert specie ab alijs frigiditatibus;

ergo etiam in illa est accidens, ergo non est forma substantialis.

Quæst. II. Quæ sit natura omnium primarū qualitatum.

Praeter qualitates motiuas in elementis quarum disputatio ad lib. de cælo pertinet, tantum sunt qualitates primæ alteratiue, de quibus in primis dubitari potest, vtrū sint eiusdem speciei, neq; est quæst. de qualitatibus dysymbolis, certū enim est frigiditatem aquæ specie differre à siccitate, calore, & humiditate, solum ergo est dubiū de qualitatibus symbolis, vt humiditate aeris, & humiditate aquæ, vel, de frigiditate aquæ, & de frigiditate terræ, vtrum scilicet differant essentialiter.

Partem affirmatiuam tenent Philop. & alij quos refert Tollet. hoc lib. q. 7. quorum fundamētum esse potest. Primò, quia calor ignis non patitur secum summam humiditatē, ignis enim secundum suā naturam est calidus in summo, & siccus prope summum, atq; adeo nullo modo potest conservari cum humiditate, sed calor aeris se cum admitit summam humiditatem, est enim aer secundum suam naturam hu-

Ada, quia per calorem attenuantur partes aliquæ crassæ, & dū redduntur subtiles, in vapores conuertuntur, sursumque eleuantur, & ita aqua remanens subtilior est, quam anteadum erat cruda. Hæc etiam est causa quare calor lutum indurat, ceram verd liquefacit, quia cum disgreget, & separet ea, quæ sunt diuersæ rationis in luto, partes humidas in vapores conuertit, & deinde terra quasi ablato impedimento, se ad suam frigiditatē, & siccitatem reducens, induratur, in cera verd illam humectat, quia in illa exhalationes aliquas siccias extrahit, & ita illis ablatis liquefit cera. Fagus verd econtra congregat partes diuersi generis, & ita cera frigore induratur, quia partes siccias illis miscet, est etiam frigus per accidens causa caloris congregando partes calidas frigidis: hac enim ratione puite tempore hyemali calidores sunt, quia exhalationes calidæ ratione maxi mi frigoris existentis in medio in pureis congregantur, illosque calefaciunt.

De humiditate dicendum est, id habere proprium præter productionem sibi similis, ut faciat corpum humidum & facilè terminabile termino a-

lienio, & ita corpora humida facile recipiunt figurā ab extinseco corpore, secus verò corpora sicca, ut ignis.

Caput. III.

Postquam Arist. egit de primis qualitatibus, iam ex illis ad numerum, & naturam inuestigādam accedit, & quidem propositis antiquorum sententijs, de numero elementorum docet quatuor esse elementa, scilicet, ignem, aerem aquā, terrā, quæ elementa contrarietatem habere docet, ratione suarū qualitatum, & ita dicit, ignem esse magis calidum, quā siccum, aerē magis humidum, quā calidum, aquā magis frigidam, quam humidam, terram verò magis siccam, quam frigidam.

Disputatio. II. Huius libri de natura elementorum.

De elementis quātū ad suas qualitates motius, & de situ, figura, & positione, quā in vniuerso habent, disputat Arist. li. de celo, & ita hoc loco (vt sepedixi) solū dillis agerū est, secundū suas qualitates alteriuas, iste enim ordinan-

Super II.lib.de gener. & corrūp.

tur ad substantialem eorum transmutationem, quam hoc loco intendit Arist. præcipue.

Quæst. I. Vtrum sint quatuor elemēta, nec sint plura, nec pauciora.

In hac quæstiōre solūm in generali attingam de numero elemētorum, quia de quōlibet in speciali dicām in lib. de cœlo; de numero ergo elemētorum variæ extiterunt apud antiquos Philosophos sententiae, quidam enim tantum vnicum elemētū assig- nantur. Parmenides verò duo posuit elemēta, scilicet aerē & aquam, terram enim nō esse corpus simplex, sed mixtū esse ex aere, & aqua afferuit. Quidam verò tria posuit elemēta, cōtra quos omnes Arist. hoc loco quatuor esse elemēta docet, nec plura, nec pauciora.

Pro intelligentia huius rei aduertendum est, elementum varijs modis sumi posse. Primo enim significat id, quod est pars intrinsecē rem aliquā componēs, qua ratione Arist. sēpē materiam, & formam appellat elemēta, quia ex illis corpora naturalia intrinsecē componuntur, & hinc secun- do etiam cœlum ipsum appelle-

latur elementum ab Arist. Met. quia ex illo etiam vniuersum componitur, & ita elemētum sic in generali sumptū, definitur ab Arist. 9. Met. c. 3. esse id, ex quo insito aliquid compónitur.

Secundō verò, & ad nostrū propositum sumitur elemētum pro corpore cōpleto, ap- to tamen ut ex illo mixtum efficiatur, & ita hoc modo ma- teria, & forma nō appellātur elemētum, quia nō sunt cō- plēta corpora, sed potius par- tes illius. Similiter cœlum excluditur à natura elemēti, quia tametsi sit corpus sim- plex perfēctum, non tamen natura sua aptum ad mixtum efficiendum, cum in senten- tia Aristotel. incorruptibile sit: vnde elementum propriē sumptū definitur ab Arist. 3. de cœlo: Elementum est, in quod corpora mixta resoluūtur. De his ergo elemētis inquiri- tur in præsentia eorum nume- rus.

Dico primō: elemēta esse plura quām vnum: quam con- clusionem probat etiā Arist. 3. de cœlo tex. 91. quia si vni- cum tantum esset elemētum, tantum esset vnicus motus ad locum illius, sed experimur es- se plures motus, scilicet sur- sum, & deorsum, fumus verò alcen-

ascendit, terra vero descendit: ergo sunt plura & diversa elementa, diversa loca postulantia. Secundo, quia dari aquam, & terram visu constat, aerem vero tactu experimur.

Dico secundò elementa sunt quatuor nec plura, nec pauciora. Hac cōclusionē probat Arist. 3. & 4. de cālo ex qualitatibus motiuis, quia datur gravitas simpliciter, qualis est gravitas terrae, qua descendit in locum infimum, & gravitas secundum quid, qua, aqua descendit ad locum prope infimum, quæ constituunt duo elemēta: sed eodem modo per levitatem simpliciter ascēdit corpus aliquod usque ad cōcubum lunæ, & per levitatem secundum quid, qua aer ascēdit ad locum immediatum supremo elemento: ergo sunt quatuor elementa, alterū grāue simpliciter, alterū vero sim pliciter leue, alterum grāue secundum quid, alterum vero leue secundum quid.

Secundò id probat in hoc cap. quia tantū quatuor modis possunt cōbinari quatuor qualitates primæ, ergo tantū sunt quatuor elementa quorum quodlibet habet suā cōbinatiōnē, antecedens probatur, quia in primis qualitates contrariæ etiam in gradibus remissis no-

postulant, oriri à corpore aliquo simplici, qualia sunt elemēta, quia corpus simplex debet habere qualitatem simplissimam, non permixtā contraria: sed ex non contrarijs tātū sunt possibiles quatuor combinationes, prima ex frigido & sicco, qualē habet terra, secunda ex frigido & humido, qualē habet aqua, tertia ex humido & calido, qualē habet aer, quarta ex calido & sicco qualē habet ignis: ergo ex quatuor combinationibus simplicium qualitatum optime colligitur quaternarius numerus elementorum.

Sed statim variæ oriuntur obiectiones, quia defacto nullum elementum habet utrāq; qualitatē in summo gradu, ut postea dicam, sed alteram in summo, & alteram prope summum, qualiter terra est sicca in summo, & frigida prope summum: ergo possibilis est combinatio utriusq; qualitatis in summo, & ita possibilia sunt plura elementa.

Secundò etiam est possibilis alia combinatio utriusque qualitatis in gradibus remissis, ita quod, nec frigiditas, nec siccitas sit in summa, & sic de alijs.

Tertiò etiam potest esse alia cōbinatio ex sicco in sum-

Super II.lib.de generat. & corrup.

mo, & calido prope summū, quā nullū elemētum defacto habet, & ex calido in summo, & humido prope summū, & sic de alijs quatuor, etiam pos sit intelligi vnum elementū, nō requirere duas qualitates, sed vnam dumtaxat, quia vni tas simplicior est dualitate, & ita videtur magis propria corporis simplicis, illam tamen qualitatēm, vnum elemētum posset postulare in summo, & aliud prope summum, vnde secundum hoc cuilibet ex quatuor primis qualitatibus responderent duo elemēta, & ita essent octo elementa, quibus tādem accedit autho ritas Aristotelis, qui varia de elemētis sensisse videtur, quia quanuis hoc loco, &c. 3.&.4. de cælo asignet quatuor elemēta, eaque simplicia, & duabus qualitatibus constantia, altera quidem in summo alte ra vero prope summum, tam en. 1. Metheororum. cap. 4. de elemento longe aliud sensisse videtur, sic enim ait, circa hæc autem, & habitus his aer quæ & præter consuetudinem vocamus ignem, non est enim ignis, excessus enim calidi, & velut feroꝝ, & pa uio antea dixerat, quoniā quidem sursum, & usque ad lunam dicemus esse corpus, sal-

terum ab igne & aere, quin imo & in ipso hoc quidem pri uis esset, quæ omnia longe aliena esse videntur ab his, quæ omnis philosophorum schola docet de elementis.

Tamen respondetur ad pri mam re vera ex illis omnibus cōbinationibus manifeste ostendi, non in voluerē repugnantiam, quod de potentia Dei absoluta, dentur plura elemēta, quām sint modo, secundum varias illas combinationes, tamen secundum naturalem ordinem, id non decuit, neque enim decuit, vnum elementum habere utramque qualitatē in summo, quia cum corpora simplicia, natura sua, ordinentur ad mixtionem efficiendam, non decuit elemētum aliquod habere utramque qualitatē in summo, quia si reliqua elemēta non haberent etiam suas qualitates in summo, elementum illud, quod haberet qualitates in summo, facile illam vin ceret, & ita potius conuerteret; illā in suam substantiam, quam ex illis omnibus aliud tertium resultaret.

Si vero fingeremus, omnia elemēta habere omnes suas qualitates etiam remissas, & hoc non, cum quilibet res ex sua natura inclinet in suum

augmentum ; & perfectio-
nem, oportuit elementa ha-
bere aliquam qualitatem in
summo, & quasi in maximo
ad quod per naturam incli-
nantur, & cum qualitates in
mixtis non possint esse in
summo gradu, restat hoc de-
cuisse in elementis fieri : si
vero, vnum elementum ha-
beret vtramque qualitatem re-
missam , alia vero haberent
qualitates in summo gradu,
facile conuerterent illud ele-
mentum in suam substantiā,
& ita non resultaret mixtum,
decuit ergo , neque vtram-
que qualitatem habere remis-
sam, sicut , neque vtramque
intensam, sed alteram in sum-
mo , secundum quam agat:
alteram vero prope summum,
secundum quam, minus dif-
ficile vincatur , & ita ex plu-
ribus mutuo agentibus, & re-
patientibus fiat mixtio.

Præterea, neque debuit da-
ri per naturam combinatio-
illa ex sicco in summo , &
calido prope summum , vel
ex calido in summo , & hu-
mido prope summum. Simi-
liter cum de facto detur ter-
ra, quæ est sicca in summo,
& frigida prope summum , vt
postea dicam, non decuit da-
ri aliam combinationem ex
sicco in summo , & calido pro-

pe summum , quia qualitas
in summo est quasi propria
passio illius elementi , & ita
non debuit , dari aliud ele-
mentum, quod esset siccum
in summo , & calidum prope
summum.

Tandem oportuit elemen-
tum habere duplē qualiti-
atem , & non tantum vni-
cam , vt secundum vnicam
maxime intensam agat in a-
liud , secundum aliam vero
minus intensam, facilius pa-
tiatur , & ita ex illis omni-
bus per mutuam actionem,
& reactionem resultet mix-
tum.

Præterea, id decuit vnum
elementum pugnare cum om-
nibus alijs , qualiter ignis ra-
tione siccitatis pugnat cū ae-
re, ratione vero caloris cū ter-
ra, & aqua , quia frigidæ sunt:
si vero tantum haberet calo-
rem, non pugnaret cum aere,
& sic de alijs dicendum est.

Tandem ad Aristotelē di-
cendum est, quod cum di-
cit esse elementum quod non
est ignis, licet vt ignis, non re-
ste vtitur nomine , ignis, in
significatione vulgari, qua vul-
gariter ignis solet appellari
corpus aliquod dignitum, qua-
liter carbones igniti appellā-
tur ignis, & hoc modo inquit
non esse ignem, tamē est ignis

Super. II.lib.de generat. & corrupt.

simplex, eundem sensum habent illa verba, dicimus esse corpus alterum ab igne & aere, id est distinctum ab aere, & à corpore ignito. Tandem plura alia, quæ de elementis disputari possent hoc loco, quia magis propria sunt librorum de cælo usque ad eum locum differre placuit, illud hoc loco solùm attingēs, quod text. Arist. tangit.

Quæst. II. Vtrū quodlibet elementum habeat alteram qualitatem in summo, alteram prope summum, & quomodo.

Supponimus in hac re elementū, non ideo dici prorsus simplex, vel, quia caret cōpositione materiæ & formæ, vel quia vnicam simplicē qualitatē habeat: in primis enim compositio ex materia & forma omni corpori naturali in est, vidimus. 1. physic. præterea vnum & idem elemētum duas habere qualitates sibi cō naturales, nullus negare potest, experimur enim, aquam frige facere, & humectare, solūm enim appellatur corpus simplex, quia non habet substantiam mixtionem ex alijs corporibus, qualiter mixtum

componitur ex elementis, saltem virtualiter in illo manentibus; tum etiam, quia in qualitatibus nō habet mixtionem ex contrarijs qualitatibus, licet plures habeat qualitates simplices.

Quod autem quidam hoc loco obijciunt, quod si elementum non habeat mixtionem ex contrarijs qualitatibus, sequeretur calorem aeris, posse in instanti intendi usq; ad octauum gradum, quia caret contrario, iam supra à nobis solutum est.

Vnde examinare oportet, qua ratione huiusmodi qualitates sint dispositiones in elementis, omissis fere infinitis Philosoforū placitis, quia tot sententiæ sunt, quot capita, cō munis & magis recepta sententia est Arist. in hoc cap. dicitur, terram esse siccam in summo, & frigidā prope summū, aquam frigidam in summo, & humidam prope summum, aërem humidum in summo, & calidum prope summū, ac tandem ignem calidū in summo, & siccum prope summum.

Vnde dico primò: terra natura sua est sicca in summo, & frigida prope summū, & quidem quod sit sicca in summo probatur, quia elemētū terræ est infimum, & imperfectius omni-

omnibus alijs : ergo terra est siccā in summo, suppono enim ex supra dictis, aliquam qualitatem debere conuenire alicui elemēto in summo gradu, ad quem talis qualitas natura sua tendit, veluti in ultimam pérfectionem: ergo siccitas in summo erit veluti propria passio terræ, quod vero sit frigida, non in summo, sed prope summum (vt aiunt) patet in primis suæ naturæ relicta frigefacit, vt experientia constat, quod vero non sit in summo. Patet primò, quia aqua, quæ minus densa est suæ naturæ relicta, longe magis frigefacit: ergo terra nō est summe frigida. Tum etiam quia vt optime notat Tol. si esset summe frigida, non esset apta ad communem animalium habitationem, quorum vita calore præcipue fouetur.

Et si dicas hoc argumento probari, aquam non debere esse frigidissimam, est enim locus habitationis plurium animalium, scilicet, piscium. Tamen respondeatur negando consequentiam, quia cum densitas materiæ multum iuuet ad int̄ siorem effectū producendū, è cōtra vero raritas impeditat, si terra esset frigida in summo multo intensius frigefaceret, quam aqua, quæ propter eius

raritatē impeditur ne tam actiua sit, & ita dici solet à quibusdam, humiditatem retinendre vim qualitatum magis actiuarū, scilicet, caloris & frigoris, quia propter raritatem ad quam natura sua inclinat, impedit, ne frigiditas, tā actiua sit, quam si esset in alia materia densa.

Sed contra hanc cōclusiōnem obijci potest, quia ignis longe magis exiccat quā terra, vt experientia constat: ergo terra non est summe siccā.

Secundò, quia si terra esset summe siccā, nullam in partibus suis continuationem habere posset, hac enim ratione experimur impuluere, & cinerē eorum partes nullam continuationē & consistentiam habere propter nimiam eorum siccitatem.

Tertiò videtur, terram debere esse frigidam in summo, quia est summe grauis, grauitas autem oritur ex frigiditate, tum etiam quia maxime distat à primò calido, scilicet à sole, & ita elementa quo proximiōra sunt soli, eo sunt calidiora, vt ignis est calidior aere, ergo terra, quæ magis distat à sole, debet esse frigidissima.

Respondeatur tamen ad prium, ignem ideo citius exicare quia propter nimiū calorē eius

Super. II. lib. de generat. & corrup.

enīs eleuat à corpore humido vapores humidos, illosq; resoluti, & ita corpus illud minus humidū relinquitur, & si natura sua siccū sit, sed statim ablato impedimentoo, ad pristinam siccitatem se reducit.

Ad secūdū discōtinuationē partiū pulueris nō prouenire ex frigiditate sola, sed ex siccitate cū aliquali calore, siccitas enim absq; calore nō disgragat partes, vt patet in lapide, vel in ligno nimis siccō.

Ad tertīū, grauitatem cū sit qualitas secunda, nō oriri tantum ex vnicā prima qualitate, sed ex cōmixtione pluriū illarū & ita oritur ex siccitate superante frigiditatem, quod autem terra maxime distet à sole, solum probat, calefieri ab illo non ita bene, ac reliqua elementa, non tamen quod natura sua postulet summam frigiditatem.

Dico secundo in hac quæstione: aquam esse frigidam in summo, humidam vero prope summum, & in primis quod aqua sit frigida in summo probatur, quia lōge magis frigescit quā cætera elementa & ita experimunt animalia aquatilia longe esse alijs frigidiora, sed omnis qualitas debet esse in summo in aliquo elemento, quia per se tendit ad summi-

tatem, tanquam vltimam perfectionem, ergo aqua debet esse summe frigida, quod vero sit humida patet ab effectu, quia humectat: quod vero nō sit humida in summo probatur, quia nullum elementū potest habere duas qualitates in summo, vt supra dixi, eo qđ habere vnicam in summo est propriū cuilibet elemento, tum etiā, quia id nō decuit ad mixtionē efficiendā, vt supra, ergo non est humida in summo.

Quod autē hoc loco obijci posset scilicet q̄ si aqua esset natura sua frigidissima, nō esset natura sua liquida, sed cōgelata, iā expeditū est à nobis supra. r.li.c. 7. vbi ostēdimus, cōgelationē aliquid aliud præter frigiditatē requirere, requiriit enim etiā siccitatē, cuius rei argumentū est, q̄ cū gelu apli catur parti humidę liquefit amittens priorem siccitatem.

Et si obijcias secūdū, quia si aqua est magis frigida, quā humida, sequitur, q̄ facilius exicitur quā calefiat, quod est cōtra experientiam, experimunt enim, aquam longe facilius calefieri, quā exsiccari. Respōdetur negādo cōsequentiā, quia humiditas, vt supra dixi, est magis resistiuā, quā frigiditas & ita aqua facilius calefit, quam exicatur.

Dico tertio in hac questione, aerē esse humidū in summo, & calidū prope sūmū. Et in primis probatur, q̄ sit humid⁹ in summo, quia aliqua qualitas debet cōuenire in summo alicui elemēto, nulla autē potest esse, quæ aeri possit conuenire, quia in primis calor in sūmo debet cōuenire igni, vt postea dicā, est enim lōge calidior aere, neq; potest cōuenire frigiditas, hęc enim, vt vidim⁹, cōuenit aquę, & siccitas terræ: restat ergo, q̄ aeri cōueniat humiditas: imo & à posteriori ex eo patet, quia (vt Arist. docet c. 2. humiditas facit corp⁹ cui in hęret, vt sit facile alieno termino terminabile, humidū enim facile cedit: sed aer faciliter terminat termino alieno, quā aqua, vt patet, ergo est longe humidior illa: tūetiā, quia mixia illa, in quib⁹ aer p̄dominatur, sūt nimis humida, vt patet de oleo in quo aer p̄dominatur, cū experiamur supra aquā natare. Et si dicas, aerē etiā p̄ dominari in ligno, cū etiā sup aquā natet, cum tamē lōge sit magis siccū, quā humidū. Res p̄detur, reuera in ligno non p̄dominari aerē, quod vero super aquā natet ex eo prouenit, quia in poris, quos plurimos habet, plurimas particulas aeris cōtinet, & ita quasi es-

set in flatu super aquā natat: cuius rei argumentū est, quod si diu in aqua sit, humectatur & frigescit, vt corrupto, vel saltē expulso interno aere, tandem mergitur, & ita lignū potius est mixtū terreū, quā aereū.

Quod vero aer sit calid⁹ prope sūmū. Probat primo, quia per calefactionē solis, vel ignis extrahūtur à terra, & aqua vapores subtilest quidē, & in aere conuertūtur, calor enim est dispositio cōgrua ad generandum aerē: ergo aer natura sua calid⁹ est, vnaquęq; enim res postulat, vt generet dispositionē similē illi, qua naturaliter conservatur. Prēterea, quia elemēta proxima debet esse symbola: dy simbola enim, sicut natura cōtrariātur, & dissident, ita eū loco dissidere, & separari opportuit: sed aer est elementū proximū igni, ergo debet esse illi simbolum: sed nō ratione humiditatis, per illam enim potius cōtrariatur siccitati ignis, restat ergo qđ sunt simbola in calore.

Sed contra obijci potest, quia experimur, aquā multo magis humectare quam aerē: ergo aer non est humidus in summo. Secundo quia aer existat pānum humectatum, ergo potius est siccum.

Tertio, quia aer facilime frigescit,

Super II.lib.de generat. & corrupt.

gesit: ergo nō est calidus pro-pe sumnum, sic enim non ita facile posset frigefieri: cuius rei argumentum est, quia me-dia regio aeris, quæ ab igne, & aqua est magis tuta, nimis frigida est, ibi enim pluuiæ, & grandines, & alię frigidæ me-theorologicæ impressiones ge-nerantur.

Respondetur ad primā, a-quam ideo magis humectare, quia longe densior est acre: dē-sitas autem materiæ, vt supra vidimus maximè iuuat ad actionem, è contra verò, rari-tas illam retardat.

Ad secundam, aerem exica-re pānum humectatum, non quia siccus sit, sed quia per ca-lorē resoluti partes aliquas hu-midas illius, eleuatq; vapores humidos, & ita partes siccæ sta-tim ad pristinam siccitatē re-ducuntur.

Ad tertiam, aerem facile fri-gefieri, non quia natura sua frigiditatē exposcat, sed quia cum nimis rarus, & tenuis sit, facile immutatur à peregrinis impressionibus: tandem me-dia aeris regio, non est natura sua frigida, sed per antiparista-sim, vt latius dixi. 1.lib.c.4.

Dico quarto in hac quæstio-ne, ignis est calidus in sum-mo, & siccus prope sumnum, quod sit in summo. Patet, tū

quia debet habere aliquā qua-litatem sibi propriam in sum-mo, nullum autem elementū, ita vehementer calefacit sicut ignis: tum etiā, quia cū calor sit perfectissima omnium pri-marum qualitatum, in perfectissimum elementum quale est ignis coincidere debet. Quod vero sit siccus etiā. Pa-tet à posteriori, quia exicat, non tamen est summè siccus; quia siccitas, quæ imperfectissima est, debet esse propria imperfectissimi elemeti, qua-lis est terra, non verò ignis: tū etiam, quia vt sāpe dixi, idem elementum, non potest habe-re duas qualitates in summo, qualiter autem contingat, ig-nem longe magis exicare, quā terram, iam vidimus.

Et si dicas, quod si ignis es-set summè calidus miraculum profecto esset, quòd aerē non comburat. Respondetur negā-do consequentiam, est, enim rarissimus, raritas enim, maxi-mè retardat, & impedit actio-nem: verū est inter illum, & acrem esse continuā pugnam, sicut est inter omnia alia ele-menta, mutuò enim, ratione qualitatis inter se agunt,

& repatiuntur.

(.?)

Caput. IIII. vsque ad. II.

IN his capitibus agit Arist. de transmutatione substanciali elementorum, scilicet, qualiter possint generari, & corrumphi, & etiam ex illis mixtū confici, quidquid sit talis trāsmutationis substancialis subiectum. Et in summa docet quodlibet elementū posse transmutari in quodlibet: symbola tamen facilius transmutari, quam disymbola: vnde multis impugnat Empedoclem, elemēta in trasmutabilia esse assertorem: vnde etiam docet, mixtū generari posse ex elemētis in se refractis: omnes autem generationes, & corruptiones horum inferiorum docet, maxime pendere ab astrorum influxu.

Disputat. vltim. De trāsmutatione substanciali elementorum.

Q Via hactenus Aristot. do-
cuit de elemētis, eorūq;
qualitatibus alteratiuis, illorū
transmutationem substancialē,
cuius qualitates alteratiuæ
principia sunt, facile ostendit,
id præstat in reliquis capi-
tib⁹ huius libri. 4. vsq; ad. 11.
quod vltimum est: vnde quia

illa omnia, hanc continent mā-
teriā, vnicā hac, & vltima dis-
putatione tractatum istum de
generatione, & corruptione
absoluam.

Quæst. Prima. Vtrūm quodlibet elementū possit transmutari in quodlibet aliud.

H Ac in re certum esse debet, elementum symbolum, immediate transmutari posse in elemētum symbolū, verbi gratia, aerem in ignem, vel terram in aquā. Ratio est, quianon repugnat adeo exicari, vt simul illius calor destrudatur, & conuertatur in ignē, & ita sine dubio partes aeris, quæ sunt prope ignem, ab illo concremantur, & in ignē conuertuntur: & similiter aliquādo aer proximus aquæ, ita frigescit, & cum alias ipse habeat humiditatem, conuertitur in aquam, & hac ratione ait Arist. i. metheororū, ignem ex aqua efficere aerem, quia dū illam per calorem attenuat, cū alias sit humida, aliquæ eius partes conuertuntur in aerem, quare ratione, eodem loco docet, terram ex aere efficere aquarem, quia dum aerem frigescit, parū ab illa excicatur, eo quod siccitas est qualitas parū actiua, & ita cum aer nimis fri-

c gefiat,

Super. II.lib.de generat. & corrupt.

gesit, & alias sit humidus, facile transmutatur in aquā immediate.

Et si inquiras, à quo fiat actiue illa generatio, qua ignis ex aqua producit aerem, vel terra ex aere generat aquam. Respondetur in primis, nō fieri effectiue ab igne, vel terra. Ratio est, quia terra est imperfectior aqua: ergo nō potest esse causa principalis producendi aquam ex aere: quod verò è contra ignis producat aerem, quanvis sit principalior aere producto, tamē non est causa productiua substatiæ, quia nō continet in se dispositiones requisitas ad formā aeris, scilicet humiditatē, & ita nō est causa ex natura rei ordinata ad illum effectum.

Quare dicendum est, quod humiditas, quam ex se habet, & terra simul cū calore produceto ab igne attingut instrumentaliter ad productionem aeris tanquam instrumentū separatum, sunt enim, sicut semen, quod natura sua petit cōcurrsum pri mae causæ ad producendum viuēs, & ita prima causa simul cū semine producit viuēs. Ad eundem modum prima causa est causa principalis illius productionis, determinata tamen ab illis determinatis dispositionibus, quia veluti semen

sunt: nec tamen est inconveniens (vt sēpe dixi) reducere effectus particulares in causam vniuersalem, determinatam tamen à particulari aliqua causa instrumentalī, seu dispositione passi: cum hoc tamen meritò, ait Aristot. ignem producere aerem ex aqua, quia cū p̄r̄beat dispositionem aliquam ad talē productionem requisitam, dispositiue tribuitur talis actio illi, quia tamen non p̄r̄bet omnē dispositionē requisitā, non tribuitur illi actio totaliter.

Restat ergo difficultas in hac quæstione, vtrum etiam, inter elemēta disymbola, quæ potius cōtraria sunt, possit esse immediatus transitus, ita vt aqua immediate conuertatur in ignē, vel terra in aerem. In qua re prima sententia negat: dicit enim necessariū esse, elementū aliquod prius conuersti in symbolū, quām cōuertatur indisymbolū, verbi gratia, aquam prius debere, conuerti in aerem, vt deinde conuerratur in ignē. Tenet Themistius. 4. Phy. textum. 9. Sotus. 4. Phys. q. 2. in principio, neq; habet hæc sententia leue difficultatē, quia cū calor sit qualitas lōge actiuior, quā sic citas, antequā ignis producat in aquā siccitatem requisitam

ad introductionē ignis, producit calorem nimis intēsum, & ita exilio, & humiditate, quā aliās habet aqua, parūq; à siccitate ignis remittitur, resultavit dispositio sufficiēs ad productionem aeris, & ita necessarium erit, aquam prius cōuersti in aerem, quām in ignem.

Secūdō quia, ut docuit Arist. 4. Phys. text. 22. extremū non potest, per trāsire in extremū, nisi prius transeat per mediū: sed ignis & aqua sunt elemēta extrema contraria: ergo ex aqua non generabitur ignis, nisi prius aqua conuertatur in aerem medium.

Tertio, quia summa raritas, ita est propria ignis, si cut summus calor: ergo sicut requiriatur calor saltem maxime intēsus, vt generetur ignis tanquam dispositio praevia, ita etiam nimia raritas: sed repugnat, terram adhuc manentem sub forma terræ disponi per nimiam raritatem: ergo prius debet terra conuerti in aliud elemētum magis rarum: ergo in aerem, vt deinde conuertatur in ignem.

Dico primō in hac questio-
ne, certū debere esse, quod
libet elemētum, etiam disym-
bolū posse generari ex quo-
libet, siue mediate, siue imme-
diatē. Sic enim docet Aristot.

hoc lib. c. 4. text. 24. quoduis elementum posse generari ex queuis. Ratio vero sumitur ex dictis, quia symbolum po- test generari immediate ex symbolo, ergo de primo ad ultimū poterit generari disymbolū ex disymbolo mediate, ita ut aqua conuertatur in aerem, & aer in aquā, & ita aqua conuertetur in ignē mediate. Dico secundō, etiā posse esse immediatum transitū inter disymbola, & ita quoduis elemētū posse generari ex quo uis immediate. Tenet Auerr. Mars. Tol. & cōmuniter inter- pretes hoc loco, & ratio est, quia fingi potest, aliquod agēs frigidū, & siccū exicasse aquā producendo siccitatē, vt qua- tuor, deinde vero, si ignis acce- deret, dū illā intēse caleface- ret vt septē, posset posita exi- catione priori, etiā exicari, vt septē, ita vt quāvis siccitas tar- diūs agat, tamen cū aliās sup- ponatur producta, vt quatuor, gradus frigiditatis, dū produ- cuntur, facile possent produci alij tres siccitatēs: ergo tunc generaretur ignis immediatē ex aqua.

Ex quo patet solutio ad pri-
mum argumentum contrariæ
sententiæ, potest enim singū-
casus, q' aqua cōperit exica-
ri aliquantulum ab alio agen-
ti

Super. II.lib.de generat. & corrupt.

frigido, & sicco, deinde vero accidente igne nō generetur aer, sed ignis ex nimia siccitate, & calore.

Ad secundum, principium illud, quod non potest transire de extremo ad extremum, nisi per medium, verum esse in motu locali, & quando transitus per medium est ex natura rei requisitus, ut perueniat ad extremum, ut in gradibus qualitatis, neq; enim subiectū aliquod transire potest de primo ad octauū gradum caloris, nisi per gradus medios propter naturalem de pendentiam graduum posteriorum à prioribus, non tamen est verum, quando transitus per mediū, non est ex natura rei necessarius ad attingēdum extremū, qualiter potest aliquid fieri immediate de albo nigrum, absq; eo quod trāseat per medios colores.

Ad tertiam rationem, non esse dispositionem actiue cōcurrentem ad generationem, si fortasse qualitas est; sed cōsequitur ad esse ignis, & ita præcipue saltem non requiritur nimia raritas, sed aliqualis sufficit, qualiter experimur, stupam in flammarum conuersam, post talem conuersione, multo magis rarefieri, quam antea esset rara.

Quæst. II. Vtrū fit facilior transitus inter elemēta symbola, quā inter disymbola.

Quamvis Philosophi omnes admittant facilius elementum trāsmutari in symbolum, quā in disymbolū id enim expresse docuit Aris. hoc lib. cap. 4. tamen in huius rei causa assignanda, valde disident, quia reuera eadem est contrarietas, & resistentia, vnius ad vnum, & duorum ad duo: sed sicut in elemēto symbolo, tantū est vna qualitas expellenda, ut cōuertatur in symbolum, ita etiam est in agente, tātū vna qualitas, illi cōtraria. Et si in disymbolo, vtraq; qualitas est expellēda, ita in elemento disymbolo, est duplex qualitas illi cōtraria, ergo cum eadem sit cōtrarietas vnius ad vnum, & duorum ad duo, sequitur tam frcilē transmutari elementum aliquod in symbolum, quam in disymbolum.

Præterea, Marsilius hoc libro, q. 10. & alibi. q. 8. dicit, dupliciter intelligi posse elemētū facilius transmutari in symbolum, quā in disymbolū. Prīmā quidem, ita quād ci- cius, & cum minori resistētia fiat, & hac ratione, negat faciliorem esse transitum inter e-

Ilementa symbola, quam inter disymbola propter rationem dubitandi adductam.

Secundò, ita quòd talis transitus facilior sit in elementum symbolū, id est, quod pauciora debent corrumpi, illa enim qualitas, in qua cōueniunt, nō debet corrumpi, cum utriusque elemento sit cōmunis, & hanc tantum existimat fuisse mentem Arist. sed immerito quidem, quia Arist. dum de hac re loquitur, utitur his verbis, *Facilius, citius: ergo reuera,* plus lōge se extendit, quā iste autor admittit. Rationibus etiā statim adducēdis pātescet falsitas huius sententiæ.

Quare Tole, hoc lib. q. 9. docuit, ideo ignem, verbi gratia, facilius in se conuertere aerem sibi symbolum, quā aquam disymbolam, quia humiditas aquæ magis resistit, quā humiditas aeris, eo quòd est in dēfiori materia, tum etiam frigiditas est cōtraria igni, cum qua est coniuncta humiditas in aqua, non vero in aere.

Hęc tamen ratio, non est in vniuersum vera, quia propter eandem rationem, sequeretur, quòd terra difficultius in se conuerteret aquā sibi symbolam, quā aerem disymbolum, quia humiditas aquæ, ma-

gis resistit siccitati terre, quā humiditas aeris, quia est indēfiori materia. Si enim dicat minus resistere, quia in aqua nō est humiditas in summo, sicut in aere, contra est, quia etiam in suo casu non est tanta humiditas in aqua, sicut in aere, & etiam ignis difficultius conuertit in se aquam, quā aerē.

Quare, his, & aliis relictis, dicendum est, causam generalē, quare sit facilius transitus inter elementa symbola, quā inter disymbola, cā esse, quia, cum symbola communicent in una qualitate, facile, & absque magna resistēria illa qualitas producitur ad summum, & ita tale elemētum corrumptur, verbi gratia, calor aeris absque magna difficultate intenditur usq; ad summum, & quia ut sic in summo est prius ignis, licet non habeat summam siccitatem, facile cōuertitur in ignem. Et quid simile est de terra, respectu aquæ, aqua enim facile intendit frigiditatē terræ usq; ad summum, & ita facilius conuertitur in aquam, quā ignis, aliquando etiam iuuat densitas materiæ, qualiter humiditas aquæ, magis resistit igni, quā humiditas aeris.

Vnde ad rationes dub. respondetur, similem esse resistētiā,

Super. II.lib.de generat. & corrup.

tiam vnius ad vnum, sicut & duorum ad duo, si cætera sint paria, tamē, quia, au&ta qualitate, symbola ad summū, in quo gradu est propria alterius, etiā ex aliqua qualitate, nō habet summā intensionem, facile fit transitus, & ita facilior inter symbola, quām inter disymbola.

Solet etiam hac in parte dubitari, vtrum ex duobus elementis, possit generari mixtū, q̄ possibile esse vidimus supra, disputatione de mixtione. Vtrū vero ex duobus elementis possit generari aliud tertium clementum, dicendum est, nec id repugnare: quia in primis ex uno ut materia, ex qua, & ex alio, vt ex causa efficiēti, potest aliud tertium generari, qualiter terra, dum frigefacit partes aeris in eius cavitatis inclusas, generat aquam, vbi aqua sit ex aere, tanquam ex materia ex qua: à terra verò effectiue disponente: si verò loquamur tanquam ex materia ex qua, non repugnat, ex duobus elementis generari aliud tertium: fieri enim potest qđ siccitas ab alio agente maxime humido remittatur, & simul ab alio agente nimis calido potest expelli frigiditas aquæ, & sic ex aqua calefacta, & igne humectato,

poterit generari aer calidus, & humidus.

*Quæst. Ultima. Vtrū per natu-
ram possit idē numero cor-
ruptum redire.*

Questio hæc nō procedit de potentia absoluta Dei, sic enim cōueniūt omnes posse idem numero corruptū, iterum reproduci, sicut etiam, quando primò productū fuit, factum fuit ex nō esse, ita per diuinam potentiam, postquam corruptum est, iterum nō repugnat fieri ex non esse sui, & sic fide credim⁹ Resurrectionem corporum futuram esse: solū ergo procedit questio de potentia naturali, id est, Vtrū ab agenti aliquo naturali, possit effectus semel corruptus, iterū reproduci: vnde meritò omnes hac in parte satis īprobabilem reputant sententiam Marsilij hoc lib. q. 20. & Dur. in. 4.d.4. afferentis, nec per diuinam potentiam posse idem numero corruptum, iterum reproduci, nisi quādo eius partes manent: hac enim ratione saluant possibilem esse hominis Resurrectionem, quia licet ille corrūpatur, manent eius partes, scilicet anima, & corpus, quæ iterum possunt reuniri, in alijsvero totis, quæ

quæ corrumpuntur ad corruptionem suarum formarum id non admittit, falso tamen, & absq; vilo fundamento, si enim res ex nihilo fieri potest, etiam si, iterū redigatur in nihil: quare non poterit iterum reproduci.

Et si obijcas quod simili modo possit Deus rem iam antea productam, absq; eo q̄ corrumpatur, iterū reproducere. Respondetur illā non esse nouā productionē, q̄tia vt res dicatur produci, vel reduci, debet supponi antea nō fuisse, & sic illam nō esse nouā productionē rei, sed conseruationē nouam eiusdem rei, & hoc nullā inuoluit implicatioñē, quia nos distinguimus entitatē actioni, ab entitate termini, & sic non repugnabit eundē terminum, simul terminare diuersas actiones ad illū terminatas: qua ratione plures, & non improbabiliter existimant corpus Christi Domini sub speciebus panis conseruari actione realiter diuersa ab illa, qua, modo naturali conseruatur in cœlo.

Quare hac sententia omissa, dico primò in hcare certū debere esse, successiua, vt motū, & tēpus adhuc per diuinā potentiam, non posse eadem numero redire. Sic docet S. Tho.

quodlib. 4. art. 5. & in primis probatur de tempore, quia si-
cū presentia localis essentia-
liter respicit hoc numero spa-
tiū imaginarium, adeò vt nec
per diuinā potentiam nō posset
eadem numero presentia loca-
lis moueri ad aliud spatiū,
vt latius vidimus 4. Physic. ita
tempus, & duratio realis essen-
tialiter respicit hoc numero
tempus imaginarium, in quo
intelligitur quasi fluere: er-
go illo elapsō, adhuc per diui-
nam potentiam repugnat, idē
numero tempus redire: es-
sentiae enim non possunt su-
pliri à Dō, de motu vero e-
tiam probatur, quia cum mo-
tus sufficienter discontinue-
tur per discontinuationē tē-
poris, hoc ipso quod tēpus est
diuersum, etiam est diuersus
motus: sed implicat redire
idem numero tempus: ergo
idem numero motus.

Dico secūdō: nulla res per-
manens, semel corrupta, po-
test eadem numero per natu-
ram reproducī. Quę cōclusio,
satis recepta est apud omnes:
eam enim docet hoc lib Aris.
c. 11. & c. de oppositis vbi do-
cet, q̄ à priuatione ad habitū
nō est regress⁹, est enim intelli-
gēda à priuatione reiā corrup-
tę, quia à priuatione rei nō dū
corruptę, optime dā regres⁹
qua-

Super II.lib.de generat. & corrupt.

qualiter forma sit expriuatio
ne sui. Eandem sententiam te
net S. Thom. & eius interpre
tes, in alsignanda tamen eius
efficaci ratione valde dissidet.

Quidam enim ex eo probat,
hanc conclusionem, quia esse
etius pendet ab actione, actio
vero prior, non potest eadem
redire, propter dependentiam
a tempore (ut de motu dixi
mus.) Verum tamen si haec ra
tio aliquam haberet vim, pro
baret sane, nec per diuinam po
tentiam, posse eundem nume
ro effectum reproduci, quia
prior actio productiva, vel co
seruativa rei, nec per diuinam
potentiam potest redire (ut
de motu diximus:) quod si ter
minus non pendet essentialiter
ab illa priori actione, opor
tet assignare causam, quare non
posit eadem res, et si per alia
actionem per naturam re pro
duci.

Secundum, alij dicunt substi
tiam aliquam semel productam,
non posse iterum redire, quia
dispositiones eadem nume
ro, quibus antea conserva
tur, non possunt redire, eo
quod non est agens naturale,
quod illas reproducat: tamen
haec ratio aperte petit princi
pium idem. Querimus enim,
quare eadem dispositiones,
quaesitae fuerunt, non possint

eadem reproduci.

Tereti, alij docent causam
esse, quia impossibile est, cau
sam producere effectum, quem
saltem eminenter, vel virtua
liter non continet: impossibili
le autem est, causam in se con
tinere virtualiter effectum qui
iam ab illa fluxit: quia quod
fluxit, & exiuit ab illa non con
tinetur in illa. Sed neque haec
ratio placet, quia causam con
tinere virtualiter effectum, non
est, quia illum intra se vere, &
formaliter contineat, sed tan
tum, quod habeat virtutem ad
producendum illum, ex eo
autem, quod illum effectum
extra se producat, non reddit
ur sufficiens ratio, quare ad
huc non habeat virtutem ad
illum, iterum reproducendum,
& sic continebit adhuc illum
formaliter.

Quare, his, & alijs pluribus
omissis, aliunde hac in re, no
bisciolectari opportet. Primo,
quia sicut res pendet a loco, tam
quam a mensura extrinseca,
ita etiam penderet a tempore: er
go sicut repugnat eandem re
transire de loco ad locum ex
tremum, nisi per medium, ita
etiam repugnabit, transire de
tempore ad tempus, nisi per
mediu: ergo semel corrupta,
non poterit iterum reproduc
ti: sic enim transiret de tem
pore

pore ad tempus externū, absq; transiū per medium, quia in medio tempore non duraret.

Secundō, quia sicut est proprium rerum naturalium mēsurari quantitate permanenti, siue intrinsecè, siue extrinsecè; ita etiā est proprium rerum, quæ pendent à tempore, mensurari tempore, vel extrinsecè, vel intrinsecè: ergo sicut non potest eadem res habere duas quantitates diuisas, & discontinuas adhuc successiū, quia partes aduenientes copulantur priobus, sic non poterit mensurari successiū duplīcī tempore discontinuo per non esse illius.

Sed contra hoc obijci potest. Primō, quia ex nullo capite videtur repugnare, quod idem numero effectus redeat per naturam, quia in primis hoc non repugnat ex parte effectus; quia effectus ipse in se quid possibile est, sicut & ante primam productionem erat possibile: neque etiam ex parte agentis, quia ex eo quod agens produxerit talē effectum, non ideo minuitur potentia eius, qualiter ignis, semper remanet in sua vi, siue produxerit ante à hunc calorem, siue non: neque enim repugnat ex parte passi, quia

sicut lignum, v. g. habet potentiam, vt ex illo educatur aliis numero calor, quare nō habebit potentiam ad calorem præteritum, qui omnino est eiudē rationis cum illo.

Secundō, quia si ignis, v. g. habet naturam virtutem ad conseruandum calorem ligni tempore unius horæ: ergo poterit in qualibet parte illius horæ talem calorem conseruare: ergo si in medio illius horæ fingamus, talem calorem corrumpi, poterit in reliqua parte illius horæ illum reproducere. Patet consequentia, quia (vt supponimus) habet virtutem ad attingendum talem effectum tota illa hora.

Respondeatur ad primum, id repugnare ex parte effectus, quia licet in ordine ad diuinam potentiam in se sit possibilis, non vero in ordine ad potentiam naturalem agentis naturalis; quia sicut non potest eadem res diuisa transfire de extremo ad extremum, nisi transiret per medium; ita neque esse in pluribus temporibus discontinuis per non esse ipsius effectus. Repugnat etiam ex parte causæ efficientis, & materialis: licet enim retineat eadē virtutem sicut ante à,

Super Lib. II. de gener. & corrup.

Tamen est alia conditio requi-
rita, scilicet unitas, vel conti-
nuatio temporis, p[er]det enim
in sua causalitate a tempore
continuo.

Ad secundum, ignem ha-
bete virtutem ad conservan-

dum calorem tempore ali-
quo continuo; tamen si cesseret
ex discontinuatione ipsius rei,
non potest ex defectu condi-
tionis, ut iam diximus. Et
h[oc] de generatione, &
corruptione.

FINIS HVIVS TRACTATVS.





